N. 218

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

A.

III 2

III^v

ff. ~~[illegible]~~ 218

IV.2

J. M. J.

Giannantonio Gigli
Cav. Geros.mo

Fulginatense Statutum

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

Avuto in dono nel 1910 dalla
Signora Anna Maria Castori

D. M. F. P.

V[2]

J. M. J.

Fulginiae Statutum
A Me Joanne Antonio Cilio Eq. Hyer.mo
Ejusdem Civitatis Patritio
Haud mediocri Labore, Diligentique Studio
Collectum;
Nec non per memetipsum
Manu propria transcriptum
Anno Reparatae Salutis 1767.
Mei verò Consulatus Anno Primo, Mense Primo.

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

[illegible]

Caput 1.

[illegible]

J. M. J.

Statuta Civitatis Fulginiae
Liber Primus
De Mag.ci Dni Gubernatoris Jurisdictione, ejusque obligationibus
Caput I.

Cum in primo ingressu statuere, et statuendo promittere, de electione, Jurisdictione, et Officio Praetoris, magis juxta potestatem nostram# con- #nobis sonum, et a Jure nro non alienum fuisset cum super facultate, et auctoritate Mag.ci Dni Gubernatoris ut pote de Re ad officium nrum minime pertinenti ad SS. D. N.; sive ejus pro tempore Legatos,# statuere, et indulgere conveniat. # sive Vicelegatos Nihilominus recolentes litteras quam plurimas in forma Brevis de Benignitate Aplica à Romanis Pontificibus Communitati, et Civitati nrae gratiose concessas extare, de Jurisdictione, et super Authe d. Mag.ci Dni Gubernatoris loquentes, multaque alia disponentes, obligantes respective prout in eisd. litteris Aplicis emanatis, et obtentis latius continetur. Considerantes à dignioribus inchoandum fore initium (annuente Divino Numine) sumpsimus, et promittere decrevimus, de Jurisdictione, facultate, et obligatione Mag.ci Dni Gubernatoris. Verum quia super praemissis Brevia, seu Libertates praedictas loqui, et statuere videntur, eas ad publicum omnium commodum, et ut Gubernatoribus praedictis apertius in Notitia veniant, et in earum observantiam libentius se accingant, et ne, ut pari pensu à nobis, seu neglectu omitterentur Brevia, seu Literas Aplicas praedictas fideliter ex suo Originali extractas, et de verbo ad verbum transumptas, registrari publicari, atque imprimi loco eorum, quae super facultatibus, et Jurisdictione dicti Dni Mag.ci Gubernatoris dici potuissent mandavimus, et concorditer deliberavimus. Addentes (inhaerendo tamen Decretis, et Constitutis

emanatis ab Illmo, et Rmo D. Cardli Urbino Civitatis Perusie, hujusq. aliaz Provinciaz, et Civitatis nrae à Latere Legato sub Cap. pmo, sive Rub.ca incipiente // quae Iura servanda // in primis, ut Gubernatores praedicti obnoxii fiant, teneantque ante omnia servare Statuta nrae Civitatis, ac de observando Iuramentu in manibus Rev. Dni Vicarii Rmi Dni Episcopi Fulginaten pro tempore existen in ejus introitu praestare, et in dd. Statutorum defectu Constitutiones Marchiae, et ubi ex his omnibus occurrenti casui provisu n reperiretur Ius Canonicum, vel Civile.

qui sequitur infram

// Tenor Litterarum, et Brevium pred. nu est # Vdlt. //

// Paulus PP. III. ad futura rei memoria. Exponi nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Communitas, et Homines Civitatis nrae Fulginiae, qd licet ex forma Statutorum dictae Civitatis Confirmatione Aplica roboratis. Gubernator ejusdem Civitatis pro tempore existens causas Ptae Instantiae dumtaxat cognoscere, et terminare possit, Caussaru vo. pmae, et 2dae instantiarum tam Civiliu, qm Criminaliu Cognitio ad potestates et Judices appellationu ejusd Civitatis respective pertineat. dispositu insuper sit per Statuta predta, cui poenae pecuniariae, quas Personae inobedientes # incurrunt applicandae sint, nihils Gubr ejusd Civitatis, ejusque Officiales, et Ministri huiu. Statutis minime attentis in alienam messem falcem immittentes sub variis coloribus, et praetextibus in eo praefatis consisti, qd superegestis per eos ratione illoru officiu ad sindicatu stare, ac alias de illis ratione reddere, prout potestas, et Iudex praedti faciunt, cogendi n sint, caussas pmae et 2dae Instantiae huiu: audire, cognoscere, et terminare, et poenas predictas sibi ipsis contra dd. Statutorum tenores applicari nituntur, varia gravamina hominibus ejusd Civitatis desuper inferendo, in maximas d.ae Civitatis perturbationes, ac scandala plurimorum;

ac treguas frangentes et inobedientes dt. Gubernatoris or... venientes

quare pro parte Com.tis et hominum praefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in praemissis opportune providere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur considerantes, parum esse statuta fieri, nisi observentur, volentesque quieti ejusdem Civitatis consulere, Communitatis, et hominum praedd. supplicationibus huius inclinati. Volumus, et Auctoritate Aplica statuimus, quod Gubernator, et Ministri, ac Officiales praedd. in caussis primae, et 2dae instantiae huius: atrocioribus Criminalibus caussis, et Civilibus, quae quantitatem seu valorem decem ducatorum auri de Camera non excedant, in quibus inter Gubernatorem et alios d. Civitatis Judices praeventioni locum esse volumus, dumtaxat exceptis etiam vigore quarumvis appellationum ad ipsum Gubernatorem omisso medio interpositarum, aut recursus, vel cujusvis quaevelis, seu quovis alio praetextu, vel quaesito colore se intromittere, poenasque praedictas sibi ipsis applicare non possint, nec valeant districtius inhibentes sub excommunicationis poena, moderno, seu pro tempore existenti d. Civitatis Gubernatori ne contra praesentium tenorem quomodolibet facere, dicere, vel venire audeat, vel praesumat irritum quoque, et inane decernentes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, necnon Privilegiis, Indultis, et Litteris Aplicis ipsis Gubernatoribus sub quibuscunque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 18. Novembris 1534. Pontus nri anno primo. Fabius Vigil.

Dilectis filiis Communitati, et hominibus Civitatis nrae Fulginiten.

Paulus PP. III. Dilecti filii salutem, et Aplicam Benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis dudum vos quasdam a Nobis in forma Brevis litteras obtinueritis hoc sub tenore. vid. Paulus PP. III. ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii, Communitas,

2v

a

nitas, et homines Civitatis nrae Fulginei, qd licet ex forma Statutorum
d. Civitatis Confirmatione Aplica Roboratorum Gubernator ipsius Civita
tis pro tempore existens causas 3ae Instantiae duntaxat cognoscere
et terminare possit; caussarum vo. pmae et 2dae instantiarum cognitio, tam
Civilium, qm Criminalium ad Potestatem, et Judices appellationum eju
respective
sdem Civitatis # pertineat, dispositumque insuper sit per Statuta praedicta
ut poenae pecuniariae, quas personae inhobedientes, ac treguas frangen
tes, ac Mandatis d. Gubernatoris contravenientes incurrunt, applican
dae sint. Nihilhominus Gubernator dictae Civitatis, ejusque Officiales, et
Ministri Statutis hui: minime attentis in alienam messem fal
cem immittentes sub variis coloribus, et praetextibus in eo consistit,
qd super gestis per eos ratione illorum Officii ad Sindicatum
stare, ac alias de illis rationem reddere, prout potestas, et Judices
praedicti faciunt, cogendi non sint. Caussas pmae, et 2dae instantiarum hui:
audire, cognoscere, et terminare, ac poenas praedictas sibi ipsis con
tra dd. Statutorum tenorem applicare nituntur varia gravamina
hominibus ejusdem Civitatis desuper inferendo in maxima dictae
Civitatis perturbatione, ac scandalum plurimorum. Quare pro par
te Communitatis, et hominum praedictorum Nobis fuit humiliter sup
plicatum, ut in praemissis opportune providere de Benignitate
Aplica dignaremur. Nos igitur considerantes, parum esse, Statuta fieri,
nisi observentur, volentesque quieti ejusdem Civitatis consulere, Com
munitatis et hominum praedictorum supplicationibus hui: inclinati
volumus, et auctoritate Aplica statuimus, qd Gubernator, Mi
nistri, et Officiales praedicti in caussis pmae, et 2dae Instantiarum
hui: atrocioribus, Criminalibus caussis, et Civilibus, quae quantitatem
seu valorem decem Ducatorum Auri de Camera non excedant,

in quibus inter Gubernatorem, et alios d. Civitatis Iudices praeventioni
B. locum esse volumus duntaxat exceptis etiam vigore quarumvis ap=
pellationum ad ipsum Gubernatorem omisso medio interpositarum, aut
recursus, vel cujuslibet querelae, seu quovis alio praetextu, quaesito vel
colore se intromittere, poenasque praedictas sibi ipsis applicare non
possint, nec valeant, districtius inhibendo sub excommunicationis poe=
na, moderno, et pro tempore existenti d. Civitatis Gubernatori
ne contra praesentium tenorem quomodolibet facere, dicere vel
venire audeant, vel praesumant irritum quoque et inane decernentes,
si secus super his à quoquam quavis authe contigerit actari.
Non obstantibus Constitutionibus #Aplicis, nec non Privilegiis, Indultis, et # et Ordinationibus
Litteris Aplicis ipsis Gubernatoribus sub quibuscunque tenoribus, et formis
concessis approbatis, et innovatis, ceterisque contrariis quibusque. Da=
tum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris Die 18. Novem
C. bris 1534. Pontificatus nostri Anno Primo.

Et licet Statuta huius longo tempore usu recepta fuerint, et
d. Gubr. aliique Civitatis Offiales, et Ministri propterea ipsis litteris (ut
par est) parere, et illis in aliquo contravenire minime de=
buissent. Nihilominus tamen idem Gubr. ejusque Offiales, et Ministri, ac
etiam Sedis Aplicae Perusiae, et Umbriae Legatis, Vicelegatis Auditores,
et alii Judices, et Offiales eisdem litteris minime attentis sub variis prae=
textibus caussas primae, et secundae instantiarum huius audire, cognoscere,
et terminare nituntur in maximum ejusdem Civitatis gravamen, et
praejudicium. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum
ut in praemissis de opportuno ~~tuis~~ remedio providere de Beni=
gnitate Aplica dignaremur. Nos igitur, ut #eo firmius observentur # praemissa

3v

quo recentiori munimine fuerint roborata præinsertas Litteras ex certa nostra Scientia approbantes, et confirmantes hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cætero moderni, et pro tempore existentes Gubernator, ac Legatus, V. Legatus, et Auditores prædicti, donumque Ministri, et Officiales in causis pmissis, et ad instantiam hujusmodi: etiam vigore quarumvis appellationum ad eos, omisso medio interpositarum aut recursus, vel cujusvis querelæ, seu quovis alio prætextu, vel quæsito colore contra præinsertas Litteras, hujusmodi: tenorem se intromittere non possint, nec valeant eadem Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, et ordinamus districtius inhibentes Legato, necnon V. Legato, Gubernatori, et Auditoribus prædictis, donumque Ministris, et Officialibus, aliisque Judicibus, et Personis, ne contra præinsertarum, et præsentium Litterarum tenorem quidquam dicere, aut facere, vel venire audeant, seu præsumant. decernentes sic per quosque Judices, tam ecclesiasticos, quam sæculares quavis auctoritate fungentes, judicari, et definiri debere, sublata eis, et eorum cujuslibet quavis alia judicandi facultate, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, et nihilominus dilectis filiis Curiæ Caussarum Cameræ Apostolicæ Auditori, vel ejus Locumtenenti, et Vicariis Venerabilium fratrum nostrorum Spoletanæ, et Camerinen. Episcoporum in Spiritualibus Generalibus per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios per eas, et præinsertas ac præsentes Litteras ubi, et quando, aut quoties opus fuerit publicantes faciant auctoritate nostra easdem per insertas, # Litteras firmiter, et inviolabiliter observari.

ac præsentes

Contradictores quoslibet, et Rebelles per Ecclesiasticas Censuras, et pœnas,
appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus
fuerit, auxilio Brachii Sæcularis, non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus
Apostolicis, ac quibusvis Privilegiis, et Litteris, et Indultis dd. Legato, V.
Legatis, Gubernatori, et Auditoribus, eorumque Ministris, et Officia=
libus, aliisque Judicibus, et Personis sub quibuscunque tenoribus, et
formis in præjudicium præmissorum concessis, confirmatis, et etiam
iteratis vicibus # ~~[illegible]~~ innovatis, ac concedendis, confirmandis, et innovandis.
Quibus omnibus, et singulis etiam, si de illis, eorumque tenoribus specialis
specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia
expressio habenda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum
insererentur pro præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis ha=
bentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat
specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, aut
si supradictis, aut quibusvis aliis communiter, vel divisim ab ea=
dem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari
non possint per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, et expressam,
ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem,
quod pro tempore existens Legatus, seu V. Legatus Civiles summam
seu valorem trecentorum ducatorum auri excedentes, ac Crimina=
les, in quibus ultimi supplicii, seu alia corporali pœna de jure
communi imponenda, venit, ac alias cum Publicum Scandalum
oriri formidatur causas ad partis instantiam, seu ex officio, # vel alias quomo=
documque, juxta ejus facultates etiam provenientes audire, cogno=
scere,

et terminare minime impediat. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris Die 5.a Aprilis 1548. Pontificatus nostri anno 14.o
Blo: el. Fulg.

Paulus PP. III. ad futuram rei memoriam

Cum sicut dilecti Filii Communitas, et Homines Civitatis nostrae Fulginiae tenor nobis exponi fecerunt Barisellus, Scalchi, et Socii Milites, et alii executores, Birruarii nuncupati aliquo delicto, seu excessu in ipsa nostra Civitate, vel ejus Comitatu, seu districtu commisso, antequam delinquentes condemnati existant, executiones contra ipsos delinquentes faciendo ab ipsis delinquentibus pro dictis executionibus huiusmodi: solutionem ad eorum arbitrium recipere, et exigere consueverint in maximum ipsius Communitatis, et Hominum ejusdem nostrae Civitatis, et illius Comitatus et districtus praejudicium. Et si per Nos, quod executiones ipsae nisi postquam Rei condemnati fuerint, non fierent ac quod pro tempore existens ejusdem nostrae Civitatis Gubernator in fine sui Officii # obligare et idonee cavere deberet, et teneretur per Nos statueretur, et ordinaretur profecto bono illi regimini, et Gubernio, et indemnitati Civitatis, Comitatus, et districtus huiusmodi: non modicum consuleretur, quare pro parte dictorum Communitatis, et Hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi: supplicationibus inclinati, quod de caetero quicumque Barisellus, Scalchi, et Socii Milites, et alii executores, necnon Birruarii nuncupati in Civitate Fulginii, Comitatu, et districtu praedictis; aliquas executiones, tam contra Personas, quam eorum bona, nisi decreto prius contra Personas, et bona huiusmodi: per Judicem mandato, ac ipsius mandati vigore facere, necnon ratione executionis pro quacumque Criminali caussa de caetero faciendae quicquam a dictis delinquentibus, nisi juxta taxam

Syndicatui stare, et se ad id in principio dicti officii

per Nos in quibusdam nostris Litteris eisdem Communitati, et Hominibus nuper per Nos concessis specificata exigere non possint, neque debeant, ac modernus, et pro tempore existens # Civitatis Fulginiae Gubernator in principio eius officii obligare, et idonee cavere debeat, et teneatur, et ad id omnibus juris, et facti remediis opportunis cogi possit auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, et ordinamus, decernentes irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes Dilectis Filiis Camerae Apostolicae Generali Auditori, et Vicariis Ven: Fratrum Fulginaten. et Assisien. Episcoporum in Spiritualibus Generalibus quatenus ipsi aut duo, vel unus eorum per se, vel per alium, seu alios, praemissa omnia perpetuo, et inviolabiliter observari faciant Contradictores quoslibet et Rebelles per quascumque Censuras, et poenas ecclesiasticas, et pecuniarias eorum arbitrio moderandas, et explicandas, aliaque juris, et facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, et consuetudinibus, nec non privilegiis, Indultis, et Litteris Apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis ac concedendis, confirmandis, et innovandis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Marcum Sub Annulo Piscatoris Die 4. Julii 1548. Pontificatus nostri anno 14. Blo: el: Fulg:

// Paullus PP. III. ad futuram Rei Memoriam //

Cum sicut ad aures nostras non sine gravi animi nostri displicentia pervenit # Barisellus, Scalchi, et alii executores Civitatis nostrae Perusiae Dilectos Filios, Communitatem, et Homines Civitatis nostrae Fulginaten. in executionibus caussarum tam Civilium, quam Criminalium, quas tam in ipsa Civitate Fulginaten. quam extra eam per totum illius Comitatum, et districtum hactenus fecerunt, et in dies faciunt plus debito ab eis pro executionibus huiusmodi recipiendo gravaverint hactenus, et gravent. Nos eiusdem Civitatis Fulginien. Communitatem, et Homines paterna benevolentia prosequentes, ac in praemissis, prout nobis incumbit providere volentes, quod dicti [?] moderni, et pro tempore existentes Perusiae,

D. Nostri // Syndicatui in fine sui officii coram Conservatorio [?] ordinario, vel eius in Spiritualibus Vicario, ac una Persona per Communitatem et Homines huiusmodi deputanda, nec non eius in officio successore stare, et se ad id ac de stando iuri per ipsos Syndicatores proferendo, parendo quique post modernus pro tempore existens Gubernator //

et Umbriæ Barisellus, Scalchi, et executoris sub ex[ecut]oris, Birruari, et alias nuncupati, aliique officiales, et executores quacunque authoritate fungentes, ac quomodolibet deputati, et deputandi in executionibus quarumcunque tam Civilium, quam Criminalium Caussarum intra, et extra d[ictæ] Civitatis Fulginii, et per totum illius Comitatum, et Districtum per eos faciendis ab ipsis Communitatibus, et hominibus. Ut in executionibus quibuscunque Civilibus, et quacunque caussa commissis, et relaxatis intra, Bononenum unum pro quolibet Scuto, extra v[er]o ipsam Civitatem Fulginii, et per totum illius Comitatus et Districtus, medium grossum pro quolibet Scuto, et non ultra exigere, et habere debeant Authoritate Apostolica, et ex certa Scientia nostra tenore præsentium perpetuo statuimus, ac ordinamus, ac sub excommunicationis, et Officiorum privationis, ac ducentorum Ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnis eo ipso, si contrafecerint incurrendis observari volumus, et nihilominus Dilectis Filiis d. Civitatis Fulginii Gubernatori, ac Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Fulginatensis in Spiritualibus Generali per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, et in eis contenta quæcunque sub eisdem, aliisque eorum arbitrio imponendis, et applicandis pœnis perpetuo inviolabiliter observari faciant, Contradictores quoslibet et Rebelles per supradictas et alias Censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna Remedia, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis quolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 15. Aprilis 1548. Pontificatus nostri Anno 14.

Blo: el: Fulgin:

Margin notes: # in Criminalibus v[er]o extra ... ex quaque caussa faciendis in ... intra dictam, et extra v[er]o Civitatem Fulginatensem præfatam, et totum illius Comitatum, et Districtum in ... grossum // — # atque districte præcipiendo mandamus // — Δ Pœnis Legato seu ejus vice Legato, et d. Civitatis — # ac Privilegiis, Indultis, et litteris Apostolicis

De Praetore, et ejus electione //

Caput II.

Ad Rempublicam Civitatis Fulginiæ recte gubernandam, et salubriter conservandam duximus, Praetorem in ea valde necessarium esse;

A. ideò de Praetore, et de ejus electione statuere deliberavimus, ordi=
nantes, et decernentes, Praetorem d.e Civitatis pro tempore eligendum
ad Sex menses tantum, esse debere de loco distanti à d.a Civitate
B. per quindecim milliaria ad minus, et de alio loco oriundum, quam Prae=
C. decessor ejus fuerit, et alias non exercuisse dictum Officium, vel aliud in
D. d.a Civitate ab annis quinque, aliasque saltem per semestrale tempus de
E. # exercuisse # aliqod Officium Praeturae, vel Judicatus alterius Civi=
tatis, vel Terrae, et aliter non proponi, et eligi non posse, nec debere, et e=
lectionem, si qua fieri contingerit contra formam praesentis cap. nullam fore, et esse
nullamque roboris firmitatem habere, electionemque ejus, qui fuerit de loco
distanti, et exercuerit Officium, ut supra infrascriptis modo et forma fa=
cienda Ut. DD. Mag.ci DD. Priores Civitatis praed.ae qui pro tempore
fuerint, facta ipsis fide de praemissis, debeant, et teneantur sub vinculo
praestiti Juramenti, et poena 25. Lib: Den: pro quolibet DD. Priore
Communitati d.e Civitatis ipso facto applicanda tempore, quo eis vide=
bitur congregari facere loco, et more solitis, et consuetis Magnum d.e Civi=
tatis Consilium centumvirale [illegible] in sufficienti numero congre=
gato, seu coadunato, ut moris est, proponere debeant, aut Dominus Con=
falonerius, sive Caput Prior nomine omnium debeat proposita facere
de eo, qui quaerat Praetor eligi, seu Praeturae electionem consequi; an pla=
ceat illum ad talem electionem eligere; seu illi eam concedere, et
redditis super dicto Decurionum Consiliis, illisque, aut aliquo eorum, p.t # tali pro=posita
DD. Mag.cis DD. Prioribus, et Gubernatoribus d.e Civitatis magis placuerit
ut moris est, ad scrutinium positis, seu posito, et suffragiis quomodo
postea redditis videre, an placuerit eidem electionem concedere
praemissa, et si repererint eam placuisse, et per duas partes de [illegible]
obtas talis electio sic, ut supra praemittitur facta valeat, et teneat
et omnimoda, et irrevocabilem habeat firmitatem, et si aliter fiat, non va=
leat, et sit penitus, et omnino nulla.

De Adventu, et Ingressu Praetoris

Caput III.

Statuimus, et ordinamus, qd Praetor Civitatis Fulginii, qui pro tem=
pore fuerit electus, et electionem acceptaverit, confirmationemque
electionis a SS.mo D. N. habuerit, debeat se conferre unà cum omni-
bus suis Officialibus, totaque ejus familia omnibus suis sumptibus, et
expensis, absque aliquo d.ae nrae Civitatis Interesse per Biduum, an=
tequam ineat Officium ad ecclesiam S. Mariae in Campis prope Civitatem
praedicta existentem, ibique per d. Biduum aut per unam diem, et Noctem
permanere, eidemque ecclesiae dare, et dimittere duos Ducatos Auri,
eaque in die, qua aditurus est officium cum dictis Officialibus, et
familia, ac cum vexillis apertis, caeterisque sollemnitatibus solitis, et
requisitis se conferre ad ecclesiam Sancti Feliciani Protectoris d.ae Ci=
vitatis, ante se ferri faciens Bravium unum Sericum valoris Flore=
norum decem mtae Papalis dandum, et dimittendum unà etiam cum
uno Ducato Auri ecclesiae praed.ae S. Feliciani et duas Pateras Argenti
~~ligarum~~ Octo, et Unciarum Sexdecim suis Armis ornatas dan=
das, et dimittendas pro usu Palatii d.ae Civitatis vend.or Mag.corum DD.
Priorum, et qd si absque dd. confirmat.ae sollemnitatibus, et Rebus accesse=
rit ad Officium non admittatur, eodemque die coram Conservatoribus Legum
et in manibus Cancellarii Comm.tis praed.ae Iuramentum in forma soli=
ta praestare debeat, et teneatur de bene, et fideliter exercendo suum officium
et de servando d.ae Civitatis Capitula, et Statuta quaeque, ac reformatio=
nes tam editas, quam edendas, et praesertim ~~in~~ Capitula edita in favo=
rem Montis tam Pietatis, quam Frumentarii, et in favorem Civium nrorum
ad extraordinaria Depositatorum, maxime contra inobedientes eorum
mandatis, et alias, prout in Capitulo sub Rub. de Iuram.o Praetoris
inferius descripto, et adnotato.

De Juramento, et Jurata Promissione Prætoris

Caput IV.

Item dicimus, et ordinamus, quod D. Prætores Civitatis Fulginiæ, ejusque Comitatus Fortiæ, et districtus teneantur, et debeant Juramentum præstare, et jurando promittere sub infrascriptis modo, et forma, ac continentia vz.

Deo Optimo Maximoque invocato, ego N. Prætor Civitatis Fulginiæ, ejusque Comitatus Fortiæ, et districtus Juro, et Juramento promitto Deo Omnipotenti, ac Cancellario Magnificorum DD. Priorum Magistratus Civitatis Fulginiæ, # et specialium Personarum ipsius, omniumque, quorum interest, interfuerit, et interesse poterit, quomlibet in futurum ad delationem d. Cancellarii libro corporaliter manu tacto ad Sancta Dei evangelia fidem Catholicam, seu Apostolicam, et evangelicam Doctrinam servare, fidelemque fore, et esse SS. Dño Nro, Sanctæ Sedi Apostolicæ, Illmo ac Rmo D. Legato Perusiæ, et Umbriæ, ejus Rmo V. Legato, ac Dño Gubernatori Civitatis Fulginiæ, necnon Communitati, et Concilio ejusdem Civitatis, Civitatemque ipsam, et Populum mihi commissum à die principii mei Regiminis, usque ad finem, libertatem, honorem, Jurisdictionem ac Statum Pacificum ejusdem regere, defendere, conservare, manutenere, ac pro posse augmentare. Cujus Populares, et Comitivas Personas omnes ejusdem Civitatis populi, et Comitatus cujuslibet ætatis, sexus, Status, Gradus, Conditionis, et qualitatis, et præsertim religiosas Personas, Viduas, Pupillos, et alios miserabiles homines, et ecclesias, Hospitalia, Loca Religiosa, et eorum Bona, et Jura, Officium Magnificorum DD. Priorum, Novem Virorum præsidentium Justitiæ, Viginti de Numero nuncupatorum, superstitum Nundinarum, Octo Montis Pietatis, et aliorum forsan Deputatorum

praesenti, ac acceptanti, et stipulanti nomine, et vice Communis Fulginiæ

à d.o Comm.te et Concilio, Artes, et Artifices d.e Civitatis, et Comitatus ~~[struck]~~ ejusdem, Statuta omnia, et Capitula mihi transmissa tempore meae electionis, reformationes, Ordinamenta, Provisiones, et decreta facta, et in futurum facienda per dd. DD. Priores, et Concilium d.e Civitatis, et per quosque alios authem habentes, et in eis contenta attendere, et penitus observare, et observari facere, et stare cum tota familia, et equo quas, et quos tenere debeo ad d.m Officium regendum, et exercendum, et continuo permanere in d.a Civit.e Vulg.i pro eo administrando pro salario tantum per dd. Statuta Constituto pro me, meisque Officialibus, et tota mea familia, et mihi in electione transmissa, ac Capitulis ejusdem expresso, et declarato, ac promisso, et ei stare, et acquiescere, et ultra id aliquid non petere, nec recipere, nec peti, et recipi facere, nec petere aliquid aliud arbitrium, vel licentiam, sed stare, et acquiescere arbitrio, et licentiae mihi per dd. Statuta concessis. Insuper dd. d.a Civit.e non discedere, sed stare, ut s.a cum tota familia, officialibus, et equo, et in ea moram habere, nisi ire caussa d.e Commtis aut Officii exercendi, vel aliàs cum licentia d. Mag.ci Concilii d.e Civitatis, vel nisi mea familia, vel aliquis ex ea iret ex caussis ut s.a vel aliqua earum, et per me, vel alium, seu aliquem de mea familia, vel submissam et personam aliquam aliquid ~~[struck]~~ enxenium donum, vel Prestantiam, Commodatum, sive depositum in pecunia, vel rebus aliis, aut partem aliquam condemnationis, seu bandi ab aliquo de d.a Civitate, vel ejus Comitatu, vel Incola, aut Forense, aut aliquid aliud mihi prohibitum per praemissa statuta, reformationes, provisiones, Capitula, et decreta non accipere, nec acceptare. Justitiam cuilibet petenti facere, et per meos Officiales fieri facere, et ipsam nemini denegare, punire Hereticos, Scismaticos, deinumque

(margin: tt mihi transmissa s.r)

[left margin:] # Homicidas, Veneficos, Falsarios, Fures, Latrones, Sacrilegos, Incestuosos, Adulteros, Percussores, et alios Malefactores, quo

receptores, ~~et~~ fautores, et malae conditionis Homines, juxta Juris censuram, et Banditos, et alios Rebelles in manibus, et in fortia mea habere, et punire, quantum in me erit procurare, et omnes facere, et fieri facere per meos Officiales pro mercede mihi, et eis taxata, et non majori Collectas impositas, et imponendas non solutas, et condemnationes, et omnes redditus d.ae Communis exequi facere, et ad manus Camerarii d.ae Communis, et non alterius pervenire facere. Offerentes nobis aliquid quo illicite, et Simoniacum revelare, et manifestare in Concilio d.ae Civitatis, habereque semper manus meas puras, et candidas ab huius illicitis perceptionibus nunquam pollutas, stareque finito meo Officio cum tota mea Familia, et Officialibus in d.ta Civitate ad reddendam rationem nostri Officii per tempus in Statutis, et Capitulis d.ae Civitatis contentum, cuilibet de nobis, vel aliquo de nostris Officialibus, et Familia conquerenti, nec facere nos, aut aliquem de nostra Familia, vel Officialibus absolvi, Officio nostro durante, et Sindicatoribus nostris, eorumque Consultoribus taxatum nobis salarium solvere, et eorum Sententiis acquiescere, et non appellare ab ea, aut de nullitate dicere, vel supplicare, et quod aliquis ex nostris Officialibus, et Familia non appellabit, et quod nec aliquid opponam, vel obiciam, vel obtinere procurabo, nec opponet, obiciet, vel obtinere procurabit. Et casu quo appellarem, vel appellaret de nullitate dicerem, vel diceret, et obtinerem, vel obtineret appellari posse, et appellatione uterer, vel uteretur, volo, quod ea sit, et esse debeat ex nunc, prout ex tunc. # Et ei contra renuncio. Et volo, ac intendo, quod per eam executio d.ae eorum Sententiae aliquo modo non retardetur, aut impediatur, et quod circa custodiam d.ae Civitatis, Castrorum, Locorum, et Fortilitiorum, et Comitatus, et Districtus per me, et Officiales meos, et Familiares ero sollicitus, et attentus, Familiamque meam mittam de die, et de nocte pro custodia Civitatis inquirendo, et rimando

[right margin:] # et ipsa nulla, irrita et inanis, et pro nulla, nulliusque momenti habeatur, et quod in ea non audiar, neque audiatur, et sic ex nunc prout ex tunc.

procurantibus, et facientibus contra formam Statutorum, et ordinamentorum predictorum, et quod omnia alia, et singula faciam, et per meos Officiales fieri faciam, ad que teneor, et tenentur vigore alicujus Statuti, Reformationis, Provisionis, Capituli, aut Decreti dicte Civitatis, et bene, et legaliter puris manibus amotis odio, amore, timore, prece, pretio, fraude, lucro illicito, et omni alia humana gratia; et dona aliquid non presumittam sub penis, de quibus in dictis Statutis, Reformationibus, Capitulis, Provisionibus, et Decretis dicte Civitatis respective incurrendis secundum emergentiam casuum, in quibus contraventum fuerit, et applicandis, prout in eis.

De Officio Pretoris

Caput V.

Quoniam ubi Fidei fundamentum deest nihil boni superedificari potest, Statuimus, et ordinamus in primis, volumusque, Pretorem dicte Civitatis sub tali religione versari, quam Divus Petrus Apostolus tradidisse Romanis religione usque adhuc ab ipso instituta declarat. Ipsum deinde fidelissimum ac devotissimum fore, et de Sacrosancte Romane ecclesie, SS.mo D.no N.ro et Communiti Civitatis Fulginei; et quod idem Pretor teneatur necnon ad omnia, et singula observanda, et amplianda, que expressa, et specificata apparent et leguntur in Statuto, seu Capitulo proxime precedenti sub Rub: de Juramento Pretoris, vigore prestiti Juramenti, et sub penis jam dictis, que omnia hic pro expresse repetitis, et specificatis haberi volumus, sed etiam ad omnia, et singula infrascripta vigore dicti prestiti per eum Juramenti, et sub penis incurrendis, et applicandis, prout inferius, si contrafactum fuerit in illis, aut eorum aliquo, Videlicet: ut idem Pretor continuo in memorato officio retinere debeat toto tempore sui officii, suisque sumptibus, salario, et expensis infrascriptos Officiales Videlicet: Unum

Collateralem, Legum Doctorem expertum, sufficientem, et idoneum per Mag.cos DD. Priores, et Consilium d.ae Civitatis eligendum, juxta Capitulum inferius positum sub Rubr: de electione Collateralis, et ejus Officio, cui per semestre pro ejus salario dare, et solvere teneatur de suo florenos sexaginta Papales, ac duos Socios Milites probos, et expertos, duos Notarios extraordinarios Legales, quorum nullus sit oriundus ex loco, qui saltem ad minus non distet à Civitate praed.a per milliaria quindecim, et quorum aliquis non gesserit officium in d.a Civit.e per quinquennium, famulos duodecim armis aptos, et competenter armis, et vestibus munitos, domicellos duos, et equum unum bonum, et apparentem valoris ad minus viginti sautorum auri, de quorum nominibus, et cognominibus, et locis, in quibus sunt oriundi, et signis respective notulam dare debeat Mag.cis DD. Prioribus, et Conservatoribus ~~Legum~~ d.ae Civitatis, ~~et~~ per dd. DD. Priores, et Conservatores Legum Cancellario d.ae Civitatis tradendam, et per eum conservandam, et de illis resignationem, seu monstram facere teneatur singulis quindecim diebus dd. DD. Prioribus coram, et Legum Conservatoribus, vel saltem aliquo dd. Conservatorum, aut alias toties quoties eis, aut solis dd.ris DD. Prioribus visum fuerit, eorumque libero Arbitrio infra pauciores dies, seu brevius tempus, et qui cassationi, et correctioni eorundem subjecti sint, incurratque d. D. Rector toties poenas infras, aut aliquem eorum respective in casu contraventionis, quoties inventus fuerit supradictos, aut aliquem eorum non retinere, et tot accepit videlicet.
Pro collaterali non retento, seu ~~[illegible]~~ uno ~~[illegible]~~tato poenas decem ducatorum auri.
Pro quolibet Socio Milite poenas duorum ducatorum auri. # Pro quolibet famulo, seu Birruario, et equo Carolenorum octo. Pro quolibet domicello Carolenorum quatuor solvendos, ac statim exigendos de salario d.i Dni Rectoris per Camerarium d.ae Communitatis, et ministris Camerae pro ipso Comuni ad ejus utilitatem teneatur etiam toto tempore sui Praeturae, postquè

Pro quolibet Notario extraordinario poenas unius ducati auri

illa in ceperit in Palatio d.[æ] Communitatis sibi deputato continuò habi=
tare, et residere, et non alibi; nec possit ire ad alicujus alterius Civitatis, vel
Terræ Regimen, vel Officium aliquod d.[a] Prætura durante, sed stare, et re=
sidere debeat de d.[a] Civit.[e], ejusque officio sub pœna quinquaginta Du=
catorum Auri de ejus Salario retinendorum, et exigendorum ut s.[a] in casu contraven=
tionis, quod non perfectum fuerit ut s.[a] Teneatur etiam Sceptrum Justitiæ in suis
manibus deferre, et Domicellum unum ante se ducere cum pileo, et ense juxta
laudabilem consuetudinem, quoties de Palatio suæ solitæ residentiæ de die exi=
re contigerit, et curare, quod ejus Socii Milites per d. Civitatem euntes Clavas
deferant ad pœnam unius Ducati auri de Cam.[ra] applicandi d. Communitati
et de ipsius Salario pro ipso Comuni exigendi, et retinendi ut s.[a] pro
qualibet vice in casu contraventionis cujusque respective. Teneatur etiam
portare Litteras validas suæ Communitatis, quarum virtute eadem Commu=
nitas se obliget non concessura represalias, et si quomodocunque eis habi=
tis aut sibi concessis non usurum, et se non impetraturum eas quomodolibet: obsta=
laria pred: a Camera, sive ejus ministris non solutis sibi, aut ob condemna=
tiones contra se, vel suos Offic.[es], aut aliquem eorum latas, et factas in Sindica=
tu. Nec possit extra Civitatem Fulginii pernoctare, nisi caussa officii,
et pro exequendo d. officio[rum], et minus se absentare à d.[a] Civit.[e] ex ali=
qua alia caussa, nisi prius obt.[a] licentia à Mag.[co] Concilio d.[æ] Civita=
tis, et Potestas, qui se absentaverit per aliquot dies, aut alias solum ex=
tra Civit.[em] pernoctaverit sine licentia ut s.[a] durante d.[a] Prætura, cadet
in pœnam Centum lib: den: applicandam d. Communi ipso facto et
per Camerarium d.[æ] Communitatis exigendam, et in ipsum Commune transfe=
rend. Idemque Prætor possit, et teneatur cognoscere de caussis Civilibus, ac
Criminalibus, ac extraordinariis, ipsasque, et terminare, et definire, et

facere debeat singulis mensibus Condemnationes de Maleficiis, et teneatur Jura communis Fulginii defendere, ac tueri, ac pro ipsis inveniendis, defendendis, et conservandis investigare omni, qua poterit exactiori diligentia, et teneatur cunctis petentibus jus, et justitiam ministrare, et sedere publice, et palam pro Tribunali ad ejus solitum Banchum Juris ad Jus reddendum, et caussas audiendas de mane in loco consueto sue solite residentie omnibus diebus juridicis a sono pulsato Campane pro Jure reddendo usque ad 3tias, et in caussis criminalibus ad inquisitiones, et acta scribenda habebit Deputatum Notarium Maleficiorum. In Caussis vero Civilibus habebit tres Notarios de dicta Civitate Fulginii, qui pro tempore extrahentur de Bussolo Notariorum d. Civitatis facto per Mag.cum Concilium d.e Civitatis, et qui acta Civilia caussarum conscribent, et circa Criminalia, vel dependentia ab illis se non intromittent. Sicut nec Notius Maleficiorum pred.s circa Civilia Annexa, et emergentia, ac dependentia ab illis quomodolibet se intromittere non debet sub pena a quolibet eorum in pred.to contrafaciente 25. lib. den: qualibet vice incurrenda, et Communiti pred.e Civitatis Fulginii applicanda teneatur etiam querelas omnium audire, et Accusatorum, et Sindicatorum, et aliorum, de quos spectat denunciationes recipere; audire, cognoscere, et excusationes, et testes diligenter examinare et alia facere que viderit facienda, et ad ejus officium spectare, et pertinere, denique et alias caussas quascunque, et inquisitiones ad querelas, seu ex officio institutas definire, et definiri facere per suas sententias infra tempus statutum, et ordinatum per Commune d.e Civitatis, et tractare inter partes de concordia facienda, si de partium fieri possint voluntate, ac Consuetudines laudabiles, et approbatas observare, et tractare, et facere ~~debeat~~

ad Honorem, et Utilitatem Civitatis Bulginii, et Habitantium in ea; Non tamen possit alicui præceptum facere, nisi sub pœna 25. Lib: Den:, nec aliquem invitum cogere ad absolvendum, vel aboleri faciendum, seu cassari aliquem Processum, vel aliquam condemnationem. Nec debet alicui aliquam verecundiam, # vel damnum inferre, nec prohibitionem facere, nec Jus suum, vel Amicorum suorum petat, vel proponat. Nec habeat ipse Prætor, nec aliquis de sua Familia, et Officialibus nimiam conversationem, et familiaritatem cum aliquo Bulginate, et non possit ipse, nec aliquis eorum aliter hospitari, nec commedere, aut bibere cum aliquo Bulginate, nec habitatore ipsius Civitatis Clerico, vel Laico in ipsa Civitate, sed extra ipsam possit cum Bulginatibus bibere, et commedere, quando pro aliqua ambasiata pergeret cum eisdem. et quod si contigerit ipsum Prætorem quandoque ire pro aliqua re pertinenti ad ipsam Communitatem cum suo equo non possit, nec debeat habere, nec petere aliquo modo aliquam Vecturam de equi, aut aliquam Mercedem sui, et suorum pro accessu prædicto à dicto Communi, seu ejus Camerario, et si contrafecerit, perdat de suo Salario libras quinquaginta denariorum habendas, et applicandas ut supra; item dictus Prætor faciat, et fieri faciat per ejus Officiales Condemnationes Currentium secundum formam Statutorum dictæ Civitatis cum eis, quæ occurrerint faciendæ, et si aliter faceret, in quinquaginta Lib: Den: Comuni Bulginii ut supra ~~applican~~ condemnetur. et quod dictus Prætor, et ejus Officiales nihil possint in pecunia, vel rebus petere, vel habere ab aliquo ex quacunque caussa captivo Civitatis Bulginii, seu ejus Comitatus et districtus, quem aliquis detineret, seu detineri faceret # sub pœna præstiti Juramenti, et 25. Lib: Den: à quolibet eorum de Salario cujusque eorum

injuria

in carcere

contrafacientis auferendæ habenda, et applicanda, ut dictum est. Et ipse Praetor teneatur dictos Carceres custodire facere suis expensis, et si aliquis detinentes in dd. Carceribus occasione alicujus Maleficii, seu debiti pro aliqua pecuniaria quantitate, qui aufugerit de dd.tis Carceribus, quod ipse Praetor teneatur dd. restitutionem, et solutionem debiti, pro quo esset detentus, vel condemnatus, occasione Condemnationis de eo factæ, et si detinentes pro aliquo Maleficio, pro quo pœna Mortis esset imponenda vel imposita, vel alia qualis corporalis in mille lib: den: pœna incidat d.s Praetor applican. d.æ Communitati ultra pœna Juris Communis. Item quod de caussis tam Civilibus, quam Criminalibus, Ordinariis Commissariis, ac alias quomodocunque coram eo agitandis non possit, nec debeat sportulas accipere à Bulginatibus, seu habitatoribus d.æ Civitatis, ejusque Comm.tis, et districtus. Item quod in executionibus quarumcunque caussarum Civilium per ipsum, aut aliquem ex suis Officialibus faciendis etiam ex quacunque caussa commissis, et relatis non possit petere habere, et exigere nisi Bonetum unum pro qualibet Scuto intra Civitatem, extra v.o Civitatem et per totum illius Comitatum, et districtum # integrum etiam Grossum pro qualibet Scuto, et hoc intellecto, quod executionis hui: premium præmissum illi, seu illis non debeat nisi executione cum effectu facta. Item quod non possit ipse Praetor, nec aliquis ex suis Officialibus sub pœna (25. lib: den:, et interesse Montis Pietatis per quemlibet contrafacientem vice quater incurrenda, et d. Comm.ti de facto applican. executionem aliquam facere, nisi per Bullectam scriptam à Cancellario d.æ Civitatis, et Sygillo parvo d. Comm.tis Sygillatam. Item non possit, nec aliquis ejus Officialis possit in Cuppis, seu Seculis aliquem donum etiam exigua, vel aliquid aliud cooperientibus in Bobus, Vomeribus, Cultris aptis, et Dentis pro laborando executionem facere pœna qua s.a, p.ma per contrafacientes qualibet vice incurrenda, et d. Comm.ti applicanda, et minus ea facere possit in pannis de dosso, et à lecto, si in aliquis facere potest, de quo stet dicto Bajuli, et unius testis de Vicinia ——— ex caussa,

duos borsones pro Criminalibus v.o executionibus etiam ex quacunque caussa faciendis intra dimidiis Grossos extra v.o Civitatem et per totum illius Comitatum et districtum //

et debito Civili contra aliquem pena eadem prout dicta incurrenda, et
applicanda ut s.a. Non possit etiam contra forenses portantes Grassia ad d.
Civitatem quacunque die aliquam execu.nem facere in Civitate, vel itinere pro
caussis, et debitis Civilibus, et minus contra Montanos Com.tus et Districtus d.e Civi=
tatis in d.a Civit.e vel itinere in die Sabbati ex caussis Civilibus pred.s possit
aliqua facere execu.nes pena prout descripta per contrafacientes quat. dd. ~~Capitu~~
~~lum~~, et quat. vice incurrenda, et applicanda, ut s.a. Item quod non possit pro
d.s Pretore, et minus Notarius ad Maleficia deputatus quavis modo, et quesito co=
lore recipere pecunias, mercedes, aut res aliquam a Consulibus, Sindicis, et
aliis quibusque denunciatoribus, accusatoribus, et Reportatoribus aliquorum Male=
ficiorum vel commissorum intus, quam extra Civitatem pred.m, et committendorum
sub ja dicta pena incurrenda, et applicanda ut s.a. Item, quod de Boreno
uno solvendo pro quat. petitione facienda in Civilibus caussis coram Socio Mi=
lite, scribenda per Notarium d.i Socii Militis de Bussolo Notariorum d.e
Civitatis extrahendo, aut alias quomodocunque deputando, non possit, nec debeat
ipse, vel d. ejus Socius Miles ullo pacto habere, et consequi aliquam partem
sub pena pred.a incurrenda, et applicanda. Item, quod requisitus a Mag.cis DD.
Prioribus, seu Cammerario Communis pred.i, aut a Notario Cappelle SS.mi Cor=
poris Xpti, vel prefectis Montis Pietatis, vel Frumentarii, vel ejusdem e=
xactore teneatur exigere cum effectu, et exigi facere omnia, et singula
Credita domus respective, et relicta per simplicem extractum, qui habeat vim
Bullecti executivi, et de facto sine ulla requisitione, vel citatione, vel alia
Juris sollemnitate, et pervenire facere ad manus Camerarii, et exactoris
ac Notarii pred.d respective gratis, et sine mercede aliqua, sub pena decem
lib: den: incurrenda, et applicanda, ut s.a. Item quod cum effectu facere tene=
atur, et faciat, ut quisque ex suis Sociis Militibus, vel ex aliis suis officialibus exe=
cutionis, vel facientis aliquam execu.nem, seu faciens scrivi dicat, et habeat

unus Bajulum, vel Sindicum loci, in quo fit excecutio, alias facta excecutio sit nulla, et Nihil. Prætor, ubi contrafactum fuerit, teneatur ad pœnam 25. Lib: Den: de facto auferendis, et ipsi Comm: Civitatis d. applicandis vice qualibet contraventionis, et si forte aliquis ageret pro aliquo pignore in hui: excone, aut alias quomodocunque, et qualitercunque resequendo ablato, et deperdito sufficiat ipsi petenti, et agenti sola probatio Bajuli, vel Sindici prædicti, cui plena fides adhibeatur, sitque ejus depositio, et dictum sufficiens, et plena probatio pro pignore ablato, et deperdito, et ejus qualitate, et valore, si recordatur, et sciat; sin autem sufficiat pro plena probatione asseveratio Domini cum juramento ipsius præmissa tri Suptoru- Judicis — et Syndicatoru taxatione. Item qd nec d. Prætor, nec ejus Officiales possit, vel possint ullam petere refirmam, nisi ultimo mense sui Officii, neque impetratas, sive data gerere, nec Syndicatus infra tempus, nec Vexillum postulare sub pœna 200. Lib: Den: pro suo salario retinendis, et dandis, et applicandis d. Comuni et si forte refirmatus fuerit et ad gerendum officium admissus fuerit, teneatur solvere mercedem Electionariorum, de quibus infra sit mentio mercedis electionis integram pro quolibet Semestre, et etiam si sit pro uno, duobus, vel pluribus Mensibus. Item, qd requisitus a Mag.cis DD. Prioribus, vel ex eorum parte teneatur illos extra Palatium comitari cum tota familia, alias puniatur debeat in 25. Lib. Den: solvend., et applicand. ut supra. Item, qd teneatur cum effectu facere, qd nullus ex ejus Officialibus, et Notariis extraordinariis possit, vel debeat ullo unquam tempore se rogare de Instrumentis quomodocunque celebrandis in Caussis Civilibus, et emergentibus, et dependentibus ab eis, et minus de fideijussionibus dandis, et præstandis, de non discedendo de Palatio, vel de se repræsentando, ac de stando Juri, vel alias quomodocunque et qualitercunque ex caussa debiti non soluti, vel damnorum datorum, vel ex quacunque alia descendente, seu caussata ex caussa Civili, et nullus

ex ejus Offlib, vel Notariis praemissis possint Instrui, nec Instra conficere,
nullus, et etsi confecerint # nulla sint penitus, et omnino, et nihil. poena incurrant
25. lib: Ven: ipso facto Communi applicandis ad interesse d. Notarii so-
cii militis teneatur. Item, qd Rector teneatur facere Notarium Maleficiorum
observare penitus, et omnino Capitula facta super exercitio ejusdem,
et in iis contenta, de quibus in Capitulis, et Rub. de Officio Notarii
Maleficiorum. Item praedictus D. Rector pro toto tempore sui Semestralis
Officii habere debeat pro suo salario, et dd. suorum Sociorum Mili-
tum, Offlium, familia, et equo, et pro expensis pro accessu, mora, et
reditu, necnon pro carta, atramento, Cera, lumine, et pro quocunque
alio pertinente ad d. ejus Officium, et necessario pro exercendo d. Of-
ficio Florenos quatringentos quinque mte Papalis de Bimestre in
Bimestre solvendos per Exactorem Cam. Aplcae Bulginatis pro ra-
ta, et de pecuniis ipsius Cam. Aplcae, et in ultima solutione quie-
tationem faciat sollemnem in fa. ita tn qd d. ultima solutio-
nem n possit petere, nec habere, nisi finito Syndicatu, et qd ita etiam
fiat, si ultra Semestre d. Officium durare contigerit, et qd de d. sa-
lario teneatur solvere omnes, et singulas retentiones per Sedem Aplcam im-
positas, seu imponendas, et ad has expensas vtt.
Montis Pietatis Bonenum unum,
Medicis, Bonenos duos,
Fabricae S. Feliciani Bonenum unum,
Fabricae Capellae SSmi Corporis Xpti Bonenum unum,
Fabricae Hospitalis Pietatis medium Bonenum;
Pro singulo Floreno sui Salarii, et qd teneatur solvere Tubicinis Ma-
gionis DD. Priorum d. Civitatis Fulginii Carolenos #, Notario, seu
Cancellario d. Communitatis, qui sua familia scribet pro prima vice

octo pro quolibet semestre, et Campanario Carolenos duos//

Florenum unum, et Bonenos quatuor pro cassatura, et remissura cujuslibet Officialis, aut Famuli, sive equi. Notariis v. condemnationum pro accusationibus Sententiam teneatur solvere Florenum unum Mte Papalis pro singulo semestri. Item electionariis, qui illum elegerint teneantur dare Florenos sex Mte Papalis pro Communitate, et denique Caballario, qui electionem portaverit, Ducatos Auri Octo Papales, quorum quatuor Cancellario qui electionem seu Capitula scripsit debentur dictae Communitati, et dictos ipsi Caballario, cui teneatur etiam solvere unum Bhu Floreni diem quemlibet pro suo Viatico, quas summas dicto Caballario, ut praemittitur, solvere teneatur, et ipse idem Caballarius teneatur reddere, et consignare tam Communitati, quam Cancellario ut supra, rata sua tantummodo retinendo, et si secus fecerit, teneatur de suo et quod debeat stare tacitus, et contentus de dicto Salario, et plus a dicta Communitate, vel aliqua alia singulari persona quoquo modo, vel aliquo quaesito colore non petat exigat, vel recipiat, nisi quantum permittitur sibi, et Officialibus suis ex Scripturis, et actis ex deconibus secundum formam Statutorum dictae Civitatis, declarantes, et decernentes, quod si ipsum licentiatum a dicto Concilio extra Civitatem praedictam stare contigerit sanum ultra dies, per quos licentiam habuisset et infirmum ultra dictos dies licentiae per aliquos viginti dies abinde supra per tempus, quo absens fuerit, salarium consequi non debet, et minus ejus haeredes integrum ejus salarium consequi debeant, si ipsum mori contigerit in Civitate, vel extra durante officio, sed pro rata temporis tantum, quo vivus inservivit legibus, et aliis contrariis quibusque non obstantibus. Et quod finito ejus officio teneatur stare ad Syndicatum cum omnibus, et singulis suis Officialibus, et Familia per sex dies continuos a prima sessione dictorum Syndicatorum

ejus cora Syndicatoribus, et Consultore in Civit.e predd.a inquo quidem
Syndicatu nullus de d.a Civit.e possit esse illius Collateralis Notariorum
predictorum, Sociorum Militis, et Familiae Prioris, vel Advocatus sub pena
privationis Officiorum d.e Civitatis. Quibus # Syndicatoribus, et Consultoribus
solvere teneatur Florenos octo Mon.e Papalis, à quorum Sententia pro
se, vel pro aliquo ex suis Officialibus appellare, recurrere, et de nul=
lit.e dicere, vel alias supplicare non possit, et si contrafaciat, omnis
appellatio, dictio nullitatis, Recursus, et supplicatio # executionem
Sententiae nullatenus impediat, et appellans recurrens de nullita
te dicens, et supplicans incidat in pena quinquaginta Lib: Den:
applican. d.o Com.i, ut s.a; et quod in omni casu, in quo s.a non esset
apposita pena illigatur adjecta pena 25. Lib: Den: incurren.
per ipsos pro qualibet vice sue Contraventionis ipso facto, et ipsi
Communi applican.; et cum fuerit absolutus, à d.a Civit.e discedat ad
d.s Officiales omnibus suis sumptibus, et expensis, Incommodis, Periculis,
et Fortuna.

quidem

nullius sit Notarius et momenti et nihilominus talis appellatio nullitatis dictio et supplicatio

// et familia

Paullus PP. III. ad perpetuam Rei Memoriam

Cum sicut exponi nobis nuper fecerunt Dilecti Filii, Communitas, et Ho
mines Civitatis nostrae Fulginei, quod licet ex antiqua, hacthenus pacifice
observata consuetud.e, exores, que in Civitate predd.a pro tempore
faciende, seu per exactores Potestatis ejusdem Civitatis pro tempore existentis
fieri debeant, et in illis faciendis aliqui alii Offes # et Ministri pro
tempore existentes in aliena Messe Falcem immittentes exactiones hui:
per alias, quoniam per eos exores facere nituntur in maximas d.e Civitatis
et ejus quietis perturbationem. Quare Nobis pro parte Com.is, et Hominum
predd. fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opport.e providere de

se intromittere non possint: Nihilominus Gubernator vel d.e Civitatis Consiliarii que officia

benignitate Aptca dignaremur. Nos igitur, qui omnium Subditorum nostrorum praesentem peculiarium, et devotorum quietem sinceris desideramus affectibus huiusmodi supplicationibus inclinati modernis, et pro tempore existenti dictae Civitatis Gubernatori, ejusque Officialibus, et Ministris sub excommunicationis poena inhibemus,## ne de caetero quovis praetextu, aut quaesito colore per alios executores # praesentes praedictos contra dictas consuetudines executiones praedictas facere, aut in illis quomodolibet se intromittere audeant # irritum, et inane decernentes, si secus super his quavis authoritate contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et quibusvis privilegiis, indultis, litteris Apostolicis dictis Gubernatoribus sub quibusque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod executores pro tempore existentes consuetudinis ad executiones faciendas Ministrorum numerum teneat, quodque Curtas, et Homines praedictos quomodocunque a Gubernatore pro tempore existente desuper requisiti fuerint opportunum, et necessarium auxilium, et consilium praebeant, alioquin praesentes nullius sint roboris, et momenti. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 18. 9mbris 1534. Pontificatus nostri Anno Primo // Fabius Vigil ff.

Margin (left): // a quoque

Margin (right): ## praesentes; # et prosumant //; # de executionibus

// De Collaterali Domini Praetoris, et ejus electione

Caput VI.

Statuimus, et ordinamus, quod Dominus Collateralis Domini Praetoris Civitatis Fulginii sit, et esse debeat Legum Doctor ad minus quinque Annorum, vel saltem bis exercuerit hujusmodi Officium in aliqua alia Civitate, vel Terra et de huiusmodi ejus administratione per litteras suae Communitatis fidem publicam facere debeat Magnificis Dominis Prioribus Civitatis Fulginii, et parti dictis fidem faciat de ipsius Doctoratu, et tanto tempore citra per exhibitionem, et simplicem ostensionem Privilegii sui Doctoratus, vel per litteras suae Communitatis, attestantis vidisse, et legisse ejus Privilegium Doctoratus, vel saltem, quod per dictum tempus se gesserit pro Doctore, et sit, et esse debeat de

Civitate, seu Terra oriundus, # alias ad d. Officium eligendus proponi non possit. //
et si eligeretur, electio sit ipso Iure nulla, nulliusque roboris, et momenti. Ele=
ctio autem ipsius Collateralis, in qua præmissa requisita concurrant, et sint
dà Mag.cis DD. Prioribus, et Centumvirali Concilio d.æ Civitatis per Semestres
tantum in infris modo, et forma fieri debeat et alias facta non teneat, ne=
que valeat Ut: Qd Mag.ci DD. Priores facta ejus fide ut s.a pro parte
eligendi, seu petentis electionem hui: convocare debeant more, loco=
que solitis, et consuetis coram ipsis spectabiles Cives Novem Viros, quibus ut sa
convocatis, vel coram eis, vel saltem majori eorum parte existentibus debe=
ant ipsi DD. Magnifici Priores, vel unus eorum Primus ttis Prior, vel se=
cundus, eo absente, vel alias impedito aliqua justa caussa proponere
eligendum, et de eo propositam facere, an placeat, qd in Concilio Centu=
virali fiat proposita de eo, et ejus electione ad tale Officium, et si
obtentum fuerit per majorem eorum partem, qd sic fiat, et fieri debeat,
postea de eo in Concilio Centumvirali more, modo, et loco solitis, et
consuetis, et ro. prædecto, et juxta consuetudinem sufficienti congregato
per Caput Priorum proposita fiat, an placeat talem propositum eligere
ad d. Officium per semestre tantum, et redditis decurionibus consiliis su=
per ea proposita, ut moris est, illisque, vel uno eorum positis, vel
posito, prout visum fuerit DD. Mag.cis DD. Prioribus, et Novemviris ad
partitum, seu scrutinium per Bussulas, et Palluctas per Cancellarium
numerentur suffragia congregatorum reddita et si compertum fuerit
suffragiis, et Palluctis favorabilibus duarum partium de tribus DD. Magcorum
DD. Priorum, et Conciliariorum, qd placeat talem propositum talem habere
electionem et ad d. Officium de electum valeat, et teneat sic, ut s.o fa=
cta electio, alias autem facta, nulla sit, nulliusque roboris, atque mo=
menti, factaque ut s.a electio postmodum significetur, et transmittatur

quæ distet saltem per 15. millia via ab Civitate Bulg.ne dà aliis, et ab ead. ex qua fuerit Proposita ejus in Officio oriundus;//

// dà Si proponentis, Proposita non valeat, et eligi non possit, etc.

electio ad ipsos Comm.tis et Mag.cos DD. Priores per litteras patentes manu Cancellarii communis scriptas, et subscriptas, et sygillo consueto d.ti Comm.tis munitas cum inhibitione Capitulorum, et quae servanda teneb., et sui Salarii, ejusque omnis emolumenti, et solutionis per eum faciendae pro tali sibi transmissa electione; si ea duxerit acceptanda, quam acceptare teneatur infra duos dies a die praesentationis ejusdem sibi factae per Caballarium d.ti Comm.tis, et infra d.m terminum significare dd.is Mag.cis DD. Prioribus, et Com.ti si duxerit acceptandam aliàs nullum jus ulterius sibi tribuat, et d.o Caballario dare, et solvere pro d.a portata electione, et per eum acceptata ducatos Auri duos ad rationem undecim Julionum pro quolibet ducato, quorum unus dari debeat d.o Cancellario, alter v.o pro dimidio d.o Com.ti et pro altera dimidia d.o Caballario, cui Caballario etiam teneb. dare unum Ethum unius Stadini pro quolibet die pro ipsius viatico.

De Juramento Collateralis Praetoris

Caput VII.

Statuimus, et ordinamus, quod Unus Collateralis Domini Praetoris Civitatis Fulginiae primo die ipsius Officii coram Mag.cis DD. Prioribus ejusdem Civitatis et Cancellario communis, et d.ae Civitatis stipulanti, et recipienti pro ipso Com.ti, et omnibus, et singulis, quorum interest, interierit, et interesse poterit quomodocunque fuerit, et Jurejurando promittat ad Sancta Dei Evangelia manu tactis Scripturis facere, et exercere Officium sibi commissum bona fide, et omni sollicitudine, et sine fraude adimplere quae omnia et singula, quae spectant et spectabunt ad d.m ejus Officium, et ad quae ipse teneb. ratione, et vigore d.ti sui Officii sine aliqua acceptione Personarum secundum Statuta, Reformationes, et Decreta d.ae Civitatis

facta, et facienda, ubi illa loquuntur, et ubi illa non loquerentur secundum Constitutiones Marchiæ, illisque pariter loqui cessantibus secundum Jus Civile, et Canonicum, amotis amore, odio, prece, pretio, timore, omnique humana gratia.

De Officio Collateralis, et ejus Salario
Caput VIII.

Statuimus, et ordinamus, quod prædictus D. Collateralis, et Judex dictæ Civitatis Fulginiæ sit, et esse debeat Justus, et æquitatem præ oculis habeat non declinans ad dexteram, neque ad sinistram, stareque debeat, et morari personaliter, et continuo in dicto suo Officio, illudque bona fide diligenter, et sollicite exercere secundum formam Statutorum dictæ Civitatis Fulginiæ, et secundum quod alias Jurejurando promisisse apparet in capitulo proxime præcedenti, præbereque se promptum, et facile in audiendo omnes in his, quæ pertinent ad ejus Officium, sedereque pro Tribunali ad Jus reddendum omnibus diebus Juridicis, et debitis horis, et consuetis in loco Juridico, et Tribunali ejus solito, et consueto, caussasque lites, et controversias tam motas, quam movendas prout tenetur, et debet secundum formam dictorum Statutorum, et prout alias in præcedenti capitulo audire, cognoscere, et diffinire infra tempus ordinatum per dicta Statuta Justitiam æqua lance omnibus administrando, petitionesque, exceptiones, duplicationes, defensiones, testes, contra, et omnia alia per partes producenda prout de Jure admittere, et de productis copiam petenti facere et per se ipsum testes examinare, ubi contingentiis casus exigat et requirat, ubi autem non per Notarium caussarum unum ex sibi deputatis a dicta Communitate, et debeat ipsos testes examinare in Palatio ejus, et D. Prætoris solitæ residentiæ, nisi essent Mulieres honestæ, vel egregiæ Personæ, aut infirmæ, vel alio justo impedimento gravatæ, quas

examinare possit, et debeat in Ecclesia vel alio loco congruo, et honesto, et facere teneatur, et debeat acta quæque, et sententias sibi per Notarios à dta. Communte. sibi datos, et deputatos, aliis ipsa acta non valeant, cavereque debeat, et prudenter attendere, ut in caussarum sui: processibus nihil odium vindicet, favor usurpet, timor exulet, præmium seu expectatio præmii justitiam non evertat, et in omnibus, quæ peragenda fuerint præ oculis habeat solum Deum, illiusque imitans exemplum, qui querelas Populi Tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, ut secundum ipsius Imperium judicaret. Debeatque ejus sententias sedendo pro Tribunali Scripti Recitatione proferre, alias non valeant, neque teneant, nec possit petere, vel modo aliquo exigere sportulas à Personis dtæ. Civitatis, ejusque Comitatus, et Districtus, Incolisque et Habitatoribus ejusdem pro sententiis ab eo ferendis in caussis tam ordinariis, quam delegatis, seu tentis quomodocunque coram eo ex quibusvis caussis, et occasionibus, habeatque in his, et in ceteris mundas manus, sitque abstentis, et circumspectus circa Corruptores, qui eum per sordes, vel alio modo reprobo corrumpere attentaret, et ipsos Magcis DD. Prioribus, et Concilio dtæ. Civitatis revelare teneatur, et curare proposse, ut culpabilis in prædictis pœna debita puniatur. Teneatur etiam dto. Dno Prætori Notario Maleficiorum, ac dds. Magcis DD. Prioribus, supersititibus Nundinarum, Officialibus damnorum datorum dtæ. Civitatis, et Notario Tribunalis Socii Militis gratis, et sine aliqua mercede Consilium dare, ut justitia suadebit, quoties ab ipsis, aut eorum aliquo requisitus fuerit, et Credentias, si quæ sibi impositæ fuerint tenere secreto, suisque sumptibus, et expensis se in hanc Civitatem conferre, indeque recedat, munere

tamen expleto. Vestes Doctorales, et Doctoris consentaneas deferat, et, cum opus fuerit, comitetur Magistratus d.ae Civitatis, singulis diebus legat gratis, et interpretetur unam lectionem Juris Civilis Juvenibus d.ae Civitatis, prout fuerit requisitus, et nullam aliam mercedem, aliudque emolumentum habere debeat, quam pro Sygillis, et examinis Testium, ac Decretis per eum interponendis, Salariique sui infra à d.o Dno Rectore assequendi. Videlicet pro d.o Sygilli qualibet impressione Bolenum unum; pro qualibet examinatione Testis Grossum Unum, dividendum tamen equaliter inter ipsum, et Notarium Curiae scribentem examinati attestationem; pro decreto quocunque interponendo Bulum Unum, quod tamen consequi non poterit, si interponatur in d.o Palatio suae Residentiae, vel in Ecclesia Sancti Aeliani, vel domibus Hospitalis; et pro Salario suo dicti Semestralis Officii habebit Florenos Sexaginta novem 50. Ba. pro Floreno à Dno Rectore predicto, et dictum consuetum, ea tamen conditione adjecta, quod si durante d.o ejus Officio Semestrali morieretur, et universae Carnis viam ingrederetur (quod Deus avertat) d. Salarium non debeatur, nisi pro rata temporis, qua servierit. et eo etiam declarato, quod si in d.o tempore infirmaretur, per viginti dies, aut pauciores Salarium debeatur, et non minuatur; abinde vero supraminuatur pro tempore suae infirmitatis, nec vefirma aliqua haberet possit, nisi obtenta à d.o Generali Concilio, et in ultimo Mense sui Officii ser: ser:; et quod teneatur stare ad Syndicatum finito suo Officio, et modo, et tempore, quo stare tenetur Rector Predictus, et cum sua familia, nec poterit appellare, reclamare, recurrere à Sententia Syndicatorum, supplicare, aut dicere de ejus nullitate, et si secus faciat, incidat 200. lib. den. poena ab eo ipso facto auferendi, et d.o Communi applicandi; et nihilominus factum in contrarium non valeat, et sit ipso jure nullum, et Sententia contra eum lata demandetur executioni, et si contra fecerit in predd.s vel

aliquo predd. in 50. Lib: Den: pro quolibet puniatur, applicand. ut s.a, ubi alia pena non est expressa. In ceteris conductis intelligatur cum honoribus, et oneribus, potestate, et arbitrio consuetis.

De electione, et Juramento Notarii Maleficiorum

Caput IX.

Quia jus eligendi Notarii Maleficiorum, tam Curiae Pretorianae, quam Curiae Mag.ci D.ni Gubernatoris noviter fuit a Priore, et Conciliario Ospitalis Pietatis d.ae Civitatis in Magcum Coem Fulginii translatum, cui Ospitali unicuique Officium predd. cum eius Proventibus, et emolumentis S.mus D.nus Noster Pius PP. Quartus perpetuo annexit et incorporavit per suas Litteras in forma Brevis apertas, sive motus proprii sub die 14. Martii 1562. Anno 3tio subscriptas V. Maccheranum, et de quibus litteris in Archyvio d.i Ospitalis non immerito ad nunc Officium duximus pertinere de eius electione, Officio, et Salario providere. Statuimus igitur, et ordinamus, ut a Magco Concilio aliquis Probus, et expertus Notarius forensis eligatur ad Officium Notariatus Maleficiorum, caussarum criminalium Curiae pretorianae, qui sic electus prima die sui Officii ad Sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter Scripturis coram Magcis DD. Prioribus d.ae Civitatis juret, et jurando promittat Cancellario ejusdem pntis, stipulanti, et recipienti pro ipsa Coi Cam.ae Aptca et omnibus, quorum interest, interit, et interesse poterit in futurum Officii sui tempore continuo stare ad id exercendum, illudque sollicite, bona fide, sine dolo, fraude, odio, amore, prece, pretio, et timore semotis exercere, et accusationes, inquisitiones, denunciationes, testes, eorum attestationes, scripturas, et caussarum acta

n' tn nisi de Pretoris conscientia sollicite, fideliter, et indefesse recipere, et scribere Processus aliquos ante testium publicationem et apertiora, aliaque Curiæ, aut Civit.s prædæ secreta n' pandere, aut revelare; scripturas ordinate ponere, eamque; et actorum copias petentibus tradere; et alia omnia, et singula facere, observare, et exequi, ad quæ virtute d.i sui officii teneatur, et scire formas Statutorum d.æ Civitatis, et præsentis Statuti de Officio ejus, capitulumque ipsum de ejus officio quolibet mense legere, ut ejus continentia memoria teneat, et tenta melius exequatur.

De Officio Notarii Maleficiorum, et Solutionibus per eum recipiendis

Caput X.

Statuimus, et mandamus, qd Notarius Maleficiorum habeat, et habere debeat ab exactore Cameræ Aplicæ Civitatis Fulginii unum Librum pro suo semestrali Officio sigillatum, et stampatum sigillo, seu stampa Cameræ Aplicæ per singulas ejus cartas, enumeraliter signatum, et scartulatum manu Notarii Cameræ d.æ Civitatis, in quo scribere teneatur omnes Processus inquisitionum, accusationum, et denunciationum, quas ex officio, aut ad alicujus instantia fieri contigerit et sententias desuper per Pretorem ipsum ferendas, et n' alio quovis libro, nec aliter, vel alio modo processus, et sententias huiusmodi scribere audeat vel præsumat sub pœna 200. Lib. Den. Cam.æ Aplicæ, et Coi Fulg.i pro æquali portione applicand., quem librum postea in fine sui Officii teneatur, et debeat consignare exactori Cameræ prædæ, aut Notario d.æ Cameræ in pub.a forma tradendum postea per d. exactorem, aut Notarium Cameræ Successori Notario Maleficiorum pro pendentium expeditione. Debeat etiam ipse Notarius habere

Mandata D.ni Pretoris, et si recusaverit pro una quaque vice incurrat pena 25. lib: den: ut s.a applicand., et denunciatoris sacramento credati. Teneatur etiam expeditis processibus sententias condemnatorias, et absolutorias in membranis consignare Notariis Condemnationum, et eorum officium juxta dd. Capitulorum, et Statutorum dispositionem et expeditis Processibus per sententias non possit ulterius ad aliquem actum, seu ad aliquam absolutionem procedere in chartis Bombacinis super Processibus per sententias expeditis et teneatur Statuta, reformationes, et decreta d.e Civitatis tam facta, quam facienda observare, et operam et consilium dare Pretori ad conservanda ea, et omnia dictorum Capitula, dictosque comune, et particulares personas Civit.s, Com.tus et dist.s pred.e in bono statu, et securitate. Teneatur etiam tempore sui officii continue stare ad id exercendum, nec aliquam mercedem petere, seu habere possit ab illis qui accusationes, querelas, et denunciationes proposuerint coram d.o Pretore, seu coram se de conscientia Pretoris, sed illas recipere teneatur, et scribere gratis sine aliquo premio, nec petere possit, vel exigere aliquid ratione, et causa inventarii bonorum, quod ipsum facere se fecisse contigerit, nisi secuta cum effectu publicatione, seu sententia publicationis bonorum ejus, qui deliquerit sub pena 25. ducatorum auri qualibet vice incurrenda et applicanda, ut s.a, et restitutionis exacti faciendae illi, a quo, vel de cujus bonis fuerit exactum, qua secuta debeatur sibi merces pro d.o Inventario ut infra, et nihilus aliud quod quam petere, vel exigere possit per se, vel per alium ultra id, quod fuerit sibi per Statuta pred.a concessum, et ordinatum, quodque non excedat, nec emi faciat aliquid fraudolenter; Habere autem debeat Notarius Maleficiorum pro rogitu cujusque Instantiae, sive actus simpliciter coram Potestate, ejusque officio Bononenus

Unum

libri praedecessoris sui à d. Exactore; seu Notario in principio sui Officii pro pendentium expeditione, quam facere teneatur, durante suo officio sub poena scutorum 25. lib: den: ab eo auferendorum, et ut supra applicandorum pro quolibet Processu non expedito. Teneatur etiam sequenti die post habitam notitiam, et informationem cujusque delicti perpetrati notulam ejusdem, et inquisitionis copiam, postquam scripserit Inquisitionem in d.o Libro ubi per inquisitionem procedetur ad Cameram Apostolicam transmittere sine mercede aliqua, ut occultandi delicta, quae non deberent impunita remanere, omnis tollatur occasio. Teneatur etiam ad Magnifici Domini Gubernatoris, et Praetoris Fiscalis d.ae Civitatis requisitionem ejus Libros, Bastardellos, et Inquisitiones ostendere, et exhibere, ut causarum termini videri possint, et si sint expediti, vel non. Insuper accusationes, querelas, et denunciationes, quae coram d.o Domino Praetore datae fuerint recipere, et scribere in d.o Libro saltem infra quintum diem post ipsarum exhibitionem, et idem facere de omnibus defensionibus, articulis depositionibus Testium, et aliisque quibusque actis, non tamen sine d.i Domini Praetoris Conscientia sollicite, et fideliter. Nec debeant processus aliquos ante Testium publicationem, et aperturam alicui revelare, aut eorum copiam tradere. Neve secreta Curiae, et Communis Civitatis Fulginiae cuiquam manifestare. Teneatur etiam scripturas omnes in d.o Libro ordinate ponere infra quintam diem, postquam datae fuerint, et actorum omnium copiam petentibus tradere ea die, vel sequenti, qua petita fuerit. Scripturas omnes sibi commissas à Praetore publicare, nec evitare copias authenticas dare infra octo dies, postquam fuerint petitae sine aliquo pretio; Et si commode id facere non poterit dare ipsas Parti, vel Partibus cuicunque Notariorum voluerit partes ad exemplandum ad

unus m̃r currentis, et si contigerit in una Instantia, sive in uno actu aliquas scripturas producere, unas, seu plures, aut testes inducti, aut jurare, Bononenos duos m̃r pro qualibet responsione facienda alicui processui, sive inquisitioni cum cautione præstanda de stando Juri, et solvendo omne pœnas quæ accipere possit ab Inquisito, seu respondente Bononenos quatuor, ut s.ª; et si contigerit responderi per plures personas inquisitas pro uno et eodem met delicto, et uno tn processu habere possit Bononenos duos à quolibet respondente; dummodò merces n extendat ad summas duodecim Bononenorum, etiam si fieret responsio per personas H.º 25. et ultra. Item pro rogitu alicujus m̃ti præ Bononenos quatuor; idem dicimus pro rogitu cautionis de n offendendo, vel se repræsentando, et similib., vlt: habere possit Bononenos quatuor pro qualibet parte fidejubente seu cautionem præstante, etiam si plures, et variæ personæ intervenirent in una parte. Pro rogitu examinis, seu depositionis alicujus testis habere possit Bononenos sex pro quolibet teste dividendos inter ipsum et d. D. Prætorem, aut alium Judicem examinantem et n ultra etiam si examen fieret super diversis, et innumerosis Articulis, et super Materiis, et corporis afflictivis citra mortem; si v.º in caussis Capitalib. Bononenos duodecim accipere possit dividendos ut s.ª. Pro rogitu alicujus Sententiæ absolutoriæ ferendæ ad instantiam Partis, et ex officio, si fuerit pecuniaria accipere possit Bononenos sex, si v.º corporis afflictiva Bononenos duodecim, si v.º Capitalis Bononenos viginti. Item dum contigerit, aliquem Processum

cassari, et aboleri ad instantiam alicujus id fieri petentis, si fuerit pro pœna pecuniaria a libris 50. infra aũ registro habeat Bononenos octo a 50. usque ad 100. Bononenos duodeci, deinde vo. supra pro quaque summa Bononenos 24. in totum, et non ultra; Pro corporis afflictivis Bononenos 30.; pro capitalibus vo. Carolenos octo mte currentis, declarantes, qd nemo cogi possit invitus ad abolendum aliquem Processum, seu aliqm condemnationem pecuniariam, Corporis afflictivam, seu Capitalem; Pro extractione alicujus Sententiæ in publica forma, si pecuniaria continens summa Lib: centum habere possit Bononenos viginti, abinde vo. supra pro quacunque summa Bononenos 30., pro corporis afflictivis Bononenos 40.; pro extractione autem Sententiæ, et super mortali habeat carolenos decem mte currentis ut sa.; pro copia simplici alicujus Scripturæ, aut Processus, seu depositionum testium habeat Bononenum unum cum dimidio alterius Bononeni pro qualibet Carta scripta ab utraque facie continente lineas, seu versiculos decem, et octo, et qualibet linea debet continere dictiones octo plurium syllabarum; Si vo. in publicam formam petere possit Bononenos tres pro qualibet Carta scripta ab utraque facie, ut sa.; Pro confectione, et rogitu alicujus Inventarii faciendi de bonis alicujus Malefacium committentis, si in Civitate Fulginii exigere possit Florenum unum, si vo. in Comitatu, et districtu, Florenos duos mte currentis modo, et forma, ut sa. declaratis. Pro retrahenda accusa facienda ab aliquo accipere possit Bononenos octo pro qualibet accusa retracta; Pro rogitu præsentationis alicujus commissionis habeat Bononenos duos; Pro scriptura litterarum

litterarum Citatorialium, et inhibitionalium cum insertione commis=
sionis, seu commissionum accipiat pro sua mercede Bononenos
octo, et premissa omnia, et singula observare, et adimplere
teneatur bona fide, sine fraude, dolo, amore, prece, pretio, et
timore, et si contrafecerit in premissis, seu aliquo premissorum
in 50. den: Lib: pro quolibet, et qualibet vice puniatur, ubi
non est apposita pena applicanda &c. Cui et premissa statuimus,
hoc semper intellecto, quod per hujusmodi premissa Capta non
intelligatur prejudicare Capitulis d. D. Pretoris, et statutis Civita=
tis de Processibus expediendis infra certum tempus, quæ in suo
robore permanere, et sedem eorum disponere, et continentiam
observari volumus, et mandamus. &.

De electione, et Officio ac Salario Cancellarii Domini Gubernatoris

Caput XL.

Item dicimus, et ordinamus, quod, et est servandum in electione No=
tarii, ac Cancellarii Maleficiorum Curiæ Magci Dni Guber=
natoris; qui omnes Litteras a Magco Dno Gubernatore, sive
parte d. Civitatis excarandas cuicunque, et quandocunque
super materiis criminalibus tantum scribere, et conficere tene=
atur, et pro scriptura, et confectione quarumlibet Litterarum
habeat pro sua mercede Bononenos duos monetæ currentis,
et pro sygillo, et subscriptione pred. Dni Gubris, sive partis
Bononenos quatuor, et sic in toto Bononenos sex; in reli=
quis vero d. Cancellarius, et Notarius Maleficiorum omnibus, et

singulis obligationib, taxis, et pœnis in præd. præcedenti Capi=
tulo Contentis, obnoxiau fore, et subjacere volumus, et ordina=
mus.

De Sociis Militibus Domini Prætoris, eorumque Juramento, et Officio

Caput. XII.

Statuimus, et ordinamus, qd Socii Milites Dni Prætoris pma die incho=
ationis eoru officio teneant, et debeant sese cora Magcis DDnis Pri=
orib Civitatis Fulginei pro tempore pntare ibidem, cora eisdem ju=
rare ad Sancta Dei Evangelia corporalit manu tactis Scripturis,
et Jurejurando promittere (et ita ex hunc teneant) eoru offici=
u fidelit, et bene exercere commissiones sibi a quocunque pro
tempore Jusdicente in da Civitate et Magcis DD. Priorib, ac Præ=
fectis quibusque d. Civitatis Consulib datas debite exni demanda=
re, ipsasque exones, et pignora, cui de Jure, aut forma Statu=
toru debeant consignare: Baractarias, Symonias, extorsionesque
ac illicitas exones n facere, et fieri n facere sub pœna 25. Lib:
Den: pro quatt vice et quot præd. casuu per ipsos ipso facto da
mnabilit incurren, et Coi Fulginei applican, nec n quotiesque
Gubernator d. Civitatis, vel ejus Lts pro tempore mandaverit, seu
postulaverit cu sua familia in numero sufficienti per d. Civi-
tate, ejus territoriu, et districtu pedester, vel equester, pt. casus
exigerit sine aliqua exceptione, omnique mora postposita ad
quasque Commissiones exequendas contra quosque personalit
accedere, illasque proposse debite exni demandari sub pœna
200. Lib: Den: ipso facto per ipsos incurrenda, et Camæ Aplicæ,
et Communiti Fulginei proportionalit applica, ac omnium

expensarum, damnorum et interesse d. Com. d. de caussa, Civita-
tesque predicta, ejusque territorium, et districtum homicidis, latro-
nibus, furibus, ceterisque malis hominibus proposse purgare contra
portantes arma tam offendibilia, quam defendibilia diu, nocteque
inquirere, et portare repertos, captivos proposse facere, et contra
eos pro pena incursa juxta formam Statutorum, sive Personarum
discretione procedere usque ad debitam exactionem pene predictae,
Statutaque, et ordinamenta d.e Civitatis tam edita, quam edenda
ad unguem servare; omnesque condemnatos d.e Civitatis, vel
in ea, aut illius territorio degentes, eorumque fidejussores, donec
ipsas condemnationes, que in judicatum transierint cum effectu
exsolverint in aere, et persona constringere, carceres d.e Civi-
tatis, et in eis pro tempore carceratos quosque suo ipsorum pe-
riculo, et fortuna custodire, et salvare ab ipsis carceratis cul-
pabilibus tamen, vel obnoxiis Fulginatensibus, vel in d.a Civitate, aut
ejus territorio, et districtu habitantibus omnino exceptis ultra bono-
nenos sex monete currentis pro quolibet, et qualibet die, si eisdem per
curiam d. Pretoris expensas subministrari contigerit, et exige-
re non possint # nisi starent in secretis; sin autem de suo, aut eis
donatis, vel aliis vixerint Bononenos duos, et non plus accipere,
nihilque aliud ab eisdem pro ipsorum captura excarceratione, ter-
raturis, aut sferraturis recipere, et exigere possit. Per Civitatem
predictam, ejusque districtum cum dissolutione non vagari inhonestas, la-
scivas, aut injuriosas contumelias contra quosque non prosilire,
omniaque alia, et singula facere, dicere, et exercere, ab eis
se abstinere teneantur juxta formam et tenorem contentorum supra
in Capitulo, de Juramento Dni Pretoris, et ejus Officio, alioris pad

ad quas expen-
sas recipiendas
cogi non possint #

21v

Statutorum, et Ordinamentorum d.e Civitatis sub pena 25. lib: den:
pro qualibet vice per ipsos ipso facto incurrenda, et d.o Co.i applicand.
in quolibet dd.o casuum; et q.a diu ad Civilia intendunt arma,
et alia ad eorum officium pertinentia dormiunt, et retardant, sta=
tuimus, et ordinamus, qd Socii Milites dni Potestatis pntes, et
qui pro tempore fuerint, n possint, nec debeant sese modo ali=
quo intromittere, aut cognoscere de aliqua questione, lite, seu
caussa Civili rei, vel summe, excedentis tn summa viginti Ju=
lior Papalium mte currentis, caussas v.o et lites a summa decem
Juliorum sup.a per Notarium Tribunalis per d. Comites pro tem=
p.e eligend, vel ex Bussolo extrahend cognoscendas per suos Judi=
ces remittere teneantur, et si se in dis intromiserint, aut de eis
cognoverint n valeant pro Jure, nec qd per eos factum, vel cogni=
tum fuerit possit modo aliquo executioni mandari, et nihilominus
ipsi Socii Milites in premissis, et quolibet premissorum contrafa=
cientes ipso facto vice qualibet incurrant penam 25. lib: den:
de facto auferend, et d.o Co.i applicand.

// De electione Judicis Appellationum eiusque Juramento // // Officio, Obligationibus, et Salario //

Caput XIII.

Sed quoniam appellandi usus quam frequens est, et necessarium
Jura testantur, iccirco statuimus, et ordinamus, qd in Civitate Bulg.e
usus appellationum Judex eligatur his modo, et forma, vid.t qd
Magci DD. Priores d.e Civitatis pntes, et qui pro tempore fue=
rint, ubi casus exigerit teneantur, et debeant Majoris Campane so=
no premisso, ut moris est convocari facere novem Viros d.e Civitatis

prò tempore, et subinde Magcu Centumvirale Concilium in Pala=
tio eorum solite residentiæ, ibidemque servatis de more servandis
juxta formam eligendi traditam fa. rec. Sixti V eligatur D. Prætoris dele=
gati in Judicem appellationum # aliquis Forensis de loco distanti à
d.ta Civitate, et ejus territorio ad minus per quindecim millia=
ria, Iuris peritus, et Judicatus officio, vel Prætura bis ad minus
exercitato, de qua Judicatus officii, aut præturæ exercitatione
antè omnia eisdem DDnis Prioribus per patentes literas, aut aliis
legitimè plena fiat fides, et indubitata, alias electio ipsa
fieri non possit, et facta nullatenus valeat, aut teneat, qui veni=
re debet in d.am Civitatem in termino sibi in electionis litteris
declarato, et præfixo cum uno famulo ad minus idoneo, et per
ipsum toto tempore sui officii prò suo servitio retinendo, omni=
busque ipsius sumptibus, incommodis, et periculo. Teneatur antè
ingressum d.i sui officii Judicatus jurare coram magcis DD. Prioribus prò
tempore existentibus, Regulatoribus, Conservatoribus, ejusdemque Cancellario Com=
munitatis prò ea, et Camera Aplica, et omnibus, quorum interest, et
interesse poterit stipulante ad Sancta Dei Evangelia corporaliter
manu tactis Scripturis d.i Judicatus Officium purè, benè, et fide=
liter facere, et exercere, pertinentiaque omnia, et singula ad
illud in totum prò posse facere; debeatque in ingressu d.i Offi=
cii consignare Camerario d.æ Communitatis Fulginatis prò d.o Cons=
ceptu pretium et valorem unius pateræ argenteæ lib. unius
Pondique Legis Bononiensis, eidemque Camerario fidem facere suffici=
entem de solutione facta de taxa sui Officii, quam Secretarii
Aplicis sui ipsius sumptibus solvere teneatur manu D. exactoris

d.æ # Civitatis per semestre

Cameræ Aplicæ dal receptum pro ddis. R.R. Secretariis, et alias ad effectum admitti non possit; et admissio facta non teneat ipso Iure, et nihilominus incurrant tam ddi. Magci DD. Priores, et sequentes Conservatores ipsum aliter admittentes, quam præfatus Iudex sic indebite admissus in pœna cent. duc.; pro parte, qualiter ab eis ipso facto auferendi, et Coi Fulginiis applicandi, ut supra. Item In caussis appellationum, nullitatis, seu recursus tam in procedendo, quam in decidendo in primis Statuta, et ordinamenta dæ. Civitatis tam edita, quam edenda sequi, et servare teneatur, illaque ab appellantibus de nullitate dicentibus, seu recurrentibus, et ab appellatis, et his contra quos fuerit de nullitate dictum, aut recursum principaliter, vel incidenter custodiri, sequi, et servari facere, et ubi ex his occurrenti casui provisum non apparet Ius Constitutionum, et inde Ius Canonicum, et Civile, prout casus, et facti contingentia suadebit. Non etiam possit, nec debeat, tam in Criminalibus, quam in Civilibus, seu Mixtis sententias ferre, prout in cedula, sed illa, et illas in scriptis legere debeat ad solitum Iusdicendi locum, pronunciando male, vel bene iudicatum, et appellatum absolvendo, vel condemnando partes, vel aliter sententias, vel sententias reformando in totum, vel in parte, prout res exigerit, nec possit de caussis coram eo agitandis inter Fulginatenses, ac etiam inter Forenses, et Fulginates, sive per via appellationis de nullitate dictionis, aut recursus, sive per aliud quemque modum etiam, si commissariæ sint sportulas, vel aliud quoquo modo à Fulginatibus recipere, petere, vel exigere, et si recipiat, petat, vel exigat ultra receptum,

// et exacti restitutione, ad qm̃ ipsum omnino teneri volumus,
// et p̄na Periurii incidat vice qualt. in p̄na 3s. lib. den:
// ipso facto d.o Coi applicand. ut s.a // Teneatur que, et debeat
continue in d.a Civite in mansione, et loco sibi per d. Commu=
ne deputando, et constituendo habitare honorifice pro ipsius
qualitate Officii, nec ex d.a Civit.e recedere possit sine licen=
tia Concilii d.e Civitatis, extra ea pernoctando sub p̄na amis=
sionis salarii unius Mensis d.o Coi applican. ipso facto, ut s.a
cu.d Magnificis DD. Prioribus d.e Civitatis cum doctoralib. vestib.
ad Missas, et alia divina, omnesque actus Publicos, et Proces=
siones per d. Civitatem, et extra socialiter accedere, eidemque
pred.o Coi gratis consulere sub p̄na in pred.s et quolibet
pred.or Casuum 3s. lib. den: ipso facto incurrend.e et appli=
cand. ut s.a. Ite teneatur Iuvenibus d.e Civitatis, et districtus ipsa
requirentibus legere, et int. petrare die qualibet una lectione
in Iure Civili ad ipsorum electione gratis, et sine aliqua mer=
cede. Teneatur insuper, et debeat solvere Caballario d.i Commu=
nis electionis, et Capitulorum Latori in illo, tum Ducatus unu
Auri pro Cancellario d. Cois, qui electione et Capitula scripserit
equis portionibus int. Communitate ipsa, et ipsum dividend., et
insuper solvere d.o Caballario Bononenu unu pro quolibet
Miliario pro suo Viatico. Hoc addito, qd si ide Iudex electio=
ne ipsam duxerit acceptanda d.e premissa ipsius accepta=
tione per suas literas, vel alit. leg. per d. Caballariu DD.s
Magcos DD. Priores certiores faciat, alit. electio sit ipso Iure
nulla, et ea amplius uti, et iuvari n. possit. Teneatur deniq.

finito ejus officio, stare per quatuor dies continuos coram Syndi=
catoribus pro tempore deputandis, et ex Bussolo Syndicatum suae
ipsius Villicationis rationem reddituris, quibus teneatur solvere
de suo salario Florenos quatuor monetae Papalis pro eorum salario
quorum sententiis condemnatoriis stare, et acquiescere teneatur,
et debeat addentes, quod idem Judex tempore assumptionis offi=
cii jurare teneatur, et debeat, et a dicto praestito Juramento ab=
solutionem non petere, nec peti facere, nec obtenta uti ex caussa
et occasione dictarum Sententiarum vel sententiae tempore praedicto contra eum
latae, seu latarum, et dependentium ab eis non appellare, de nulli=
tate non dicere, non supponere, non querelare, nec Superioris offi=
cium implorare, nec aliquam aliam impetrationem facere, et si
fuerit appellatum, de nullitate dictum, supplicatum, querelatum,
Superioris Officium imploratum, aut quid aliud modo aliquo im=
petratum, omnis appellatio, de nullitate dictio, supplicatio, que=
rela, imploratio, aut impetratio cujusque tenoris, et a quocumque
emanatae, sint ipso Jure nullae, irritae, et inanes, et ex nunc, prout
ex nunc, et e contra pro non factis, non obtentis, nec concessis
haberi velle —!, et perinde haberi, ac si facta, con=
cessa, obtenta, et impetrata non fuisset, et nihilominus ex
his sententiis contra eum latis executio nullatenus impediatur.
Addentes, quod in absentia Judicis appellationum praedicti vel
ipso aliter legitime impedito, Gubernator pro tempore dictae Civi=
tatis omnes, et singulas caussas suae instantiae audire, cogno=
scere, et juxta Statuta praedicta, et non alias, prout Juris fuerit,

xminare possit, et debeat. Pro suo autem salario d.i semestra=
lis Officii idem Iudex habeat, et habere debeat, et habebit
à R. Camera Aplica Fulginatensi Florenos [illegible] 72. Papa=
les eid.m de Bimestri in Bimestre, mediante Bulletta
Mag.corum DD. Priorum pro tempore persolvendos. Declarantes,
quod si ipsum d.o suo semestrali Officio durante ægrotare con=
tigerit, quod Deus avertat, et ægritudo sit à viginti diebus ultra,
quod ultra d.os viginti dies sibi salarium aliquod non currat, sed
d.o Coi applicetur, et si moreretur, quod multo magis Deus avertat,
salarium debeatur pro tempore sibi, quo vivens servierit, et
non ultra, et propter d.m salarium sibi forte non solutum, ut s.a aut
per aliquam condemnationem contra eum latam à Syndicatoribus,
ut s.a, Repræsalias contra d.m Communitatem impetrare non pos=
sit, nec debeat, nec eis ullatenus uti.

De electione, et Officio Notariorum Caussarum Civilium
Caput XIV.

Nè falsa iniqui Iudicis assertione Innocens Litigator opprima=
tur, neque falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas prævaleat æ=
quitati, statuimus, et ordinamus, ut ad scribendum omnia Acta
et Scripturas Civilium caussarum Civit.s Fulginei imbussolentur
in Bussolo Communis d.æ Civitatis omnes, et singuli Notarii
de d.de, in ea degentes, servatis tamen servandis, et facta va=
catione ab Officio per tempus, et tempora, secundum formam Sta=
tuti infra de tit.o de extractione Notariorum, et eorum vacatione.

24v

Deinde singulo semestre in loco Palatii d.i residentiæ Dni Gubernatoris extrahantur ex Bussolo præd.o, et publicentur novem Notarii, quorum duo, stantes congruis horis, et temporibus de sero in Palatio præf.i Dni Gubernatoris ad scribendum acta Civilia ejusdem, et alia quæque Civiles caussas concernentia. Tres deputentur ad Tribunal Collateralis Dni Prætoris d.æ Civitatis similibus congruis horis, et temporibus de mane similiter ad acta Civilia, procurationes, et tutelas, curas, intimationesque, et decreta quæque ab eisdem dependentia, et alia quæque in eorum libris redigenda. Duo sint in domo d.i Judicis appellationum residentiæ super appellationibus, et copiandis processibus caussarum Civilium, et protestationibus, et aliis scribendis. Alius v.o sit in Banca Socii Militis dd. Prætoris circa summaria cognoscenda, et decidenda die qualibet incessanter assistens. Ultimus v.o adsit ad Bancam Proconsulum Mercaturæ d.æ Civitatis ad etiam Civilia scribenda, et ad d. Tribunal necessaria addentes, quod Notarii prædicti teneantur, et debeant seriatim, et per ordinem ponere, et scribere acta prædicta, procurationes, tutelas, curas, et insinuationes præd.as in corpore libri et non in marginibus sub pœna 25. Lib. Den: vice qualibet actorum ipso facto incurrenda et Co.i Bulginiis applicanda. Nullusque Notarius de prædictis, qui fuerit per sex menses in aliquo dd. Officiorum, possit, aut debeat ad d. Officium, aut in d.o Officio esse, aut eligi inde ad sex menses à die depositi Officii, et si aliter eligeretur, electio non teneat et acceptans puniatur pœna 25. Lib: Den: ipso facto incurrenda, et Co.i applicanda; Possit tamen Notarius, qui

ad aliqd officiu ddi prædictis extractis exstiterit, si illud per se exercere noluerit, vel n' potuerit, aliu loco sui idoneu tn. et ad huiu: officia sis ad minus exercitatus eligere, aut deputare, præcedente tn Generalis Concilii approbatione sancita, nec aliis, nec alio modo, hoc modo, Vt. ut Iresdi Notariis prædictis iccirco Concilio proponant, et qui pluribs suffragiis obtentis fuerit tali subrogatione fruatur, et talis electio, et deputatio valeat, et teneat, perindeque habeat, ac si ex Bussolo prædicto juxta forma prædicta fuerit facta extractio, et quilibet ddi Notariis prædictis per semestre tantu stet et scribat sub Iudice, et cu Iudice suo ad Locum, et Bancu sibi deputatu, nec possit, nec debeat cora alio Iudice, aut in aliis caussis, sui quæstionib scribere sub ja dicta pœna, applicanda ut sa.; Nec quisqm Notariorum prædictorum possit scribere in aliqua caussa, in qua alius scribere inceperit, donec pmi Notarii durabit officium sub ja da pœna applicanda ut sa., exceptis Infirmitate, justa absentia, vel alio probabili, et à Iure considerato impedimento scribentis Notarii, quo casu, si litigantib placuerit, possit Notarius ipse aliu æque idoneu, neutique Partiu suspectu, et exercitatu ut sa loco sui subrogare; partib aute discordantib Notarius eligat, accedente Iudicis Consensu, du tn omnis cesset variatio in modo unu, modo aliu eligendo. Nullusque ddi Notariis prædictis possit, et debeat in Palatio, in quo Officiu exercet aliqm procuratione pro alio facere, nec propria caussa incipere, seu movere cora Iudice, ad cujus Bancu,

seù Tribunal deputatus ad scribendum, existat, durante ejus Officio, et si contra fieret Processus hujusmodi, sit ipso Jure nullus, et contrafaciens incidat in pœnam 25. Lib: Ven: vice quatt. in qua contrafecerit applicanda ut s.a et q.d Scripturis in caussis Civilib. publicis judicialib. productis, et registratis, copiatis, et apud dd.s Notarios repertis, licet Originalia justo restituta fuerint seù deperdita, plena adhibeatur fides, p.t publicis restitutis, vel alias deperditis. et Scripturæ Notariorum prædd. Mortuorum, vel absentium, si reperirentur abbreviatæ, vel cæteratæ, intelligantur, et sint, ac habeantur pro extensis, et plenam faciant fidem, p.t si essent extensæ. et q.o ad tollenda detestabiles, perniciosamque Consuetudinem notariorum, bancarum, caussarum Civilium d.æ Civitis omninò in quantum possumus procedere intendimus, ex qua mat.a instiliis, librosque originales occultandi, et subtrahendi Litigia propter actorum inordinatorum seriem in longius protrahendi, et alia à Jure prohibita faciendi plurimum afferebatur propter assignationem Instillarum, et Librorum in eorum Originalib. tam Procuratorib., et Advocatis ipsis, quam Judicib. de caussis cognoscentib. Statuimus, et ordinamus, ut Notarii Bancarum caussarum Civilium prædictarum, ubi, vel à partib. ipsis, vel altera ipsarum illarumve Procuratorib. vel Advocatis, aut à Judicantib. de inspectione, et transportatione Processus fuerint requisiti non in Originalib. ipsis, sicut hacthenus factum esse comperimus, sed inde partium ... qui facto registro Processum ipsum Partib. ipsis alternatis, et p.t res exegerit, et ordo Judicii postulaverit

à Judicibus ipsis accommodent, faciendo prius in eorum Bastardel-
lis, seu actorum Libris speciale mensione de præmissa assignatione
registri de Anno, mense, et die assignationis, et de Persona, cui
assignatio facta sit, et cum inscriptione manu propria recipien-
tis registrum, si scribere sciat, vel ejus Procuratoris, si scribere ne-
sciat, vel cum expressa, pœnalique promissione de transportando
registrum prædictum ad certum statutum terminum ad partis alterius
requirentis instantiam; Habebunt autem, et habeant Notarii
prædicti de ipsorum actis, et scripturis mercedes justas juxta prædictam
formam jamque inferius descriptis in Tit.o de mercede Notariorum. Et
si contrafieret, puniantur Notarii in Lib: 40. Den: vice qualibet,
et quolibet dicto casum, et applicandis ut supra. Teneantur que ad omnia
damna, expensas, et interesse partium Litigantium, vel alterius
ipsarum, et privatione dicti sui Officii.

// De Syndicatu Officialium Civitatis Dulcinii, //
// Syndicatorumque electione, et Officio //

Caput XV.

Cum rationi, et Juri congruum sit, ut quilibet Villicationis suæ pro
tempore addat, statuimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli Judi-
ces, et Officiales dictæ Civitatis, finitis ipsorum regiminibus, et Officiis
stare, et morari debeant in Civitate Dulcinii ad Syndicatum,
reddendo rationes de gestis, neglectis, seu omissis tam per eos, quam
per eorum familias, et familiares in eorum officiis, et regiminibus
prout diximus in Capitulo Cujuslibet Judicis, et Officialis de quibus
supra mensione habuimus, et quatenus in aliquo Cap: de

Officiale, seu Judice loquente id omissum fuerit sub hoc quinti Capto
includatur, et dispositum intelligatur. Electio vero Syndicorum Magci DD.
Gubernatoris fieri debeant modis, et formis, de quibus in literis Aplicis
in forma Brevis obtentis, et de quibus sub Capto de Gubernatore
habetur; Syndicatores autem D. Potestatis Collateralis, et Judicis Ap=
pellationum, et eorundem, et cujuslibet ipsorum Familiae Officialium,
et Familiarium hoc modo. Fiant duo Bussola, in quorum altero
imbussolari debeant per Magcum Concilium d. Civitatis, vel deputatos
ab eo legum Doctores modo, et forma, de quibus sub Tito de Adne
Magcae Communitatis; in altero vero imbussolentur omnes Cives de Concilio
Centumvirali, et finito officio cujuslibet ex praedictis Judicibus, et
Officialibus, Magci DD. Priores, una cum Conservatoribus legum, et
per Cancellarium de Capsa extractis Bussolis praefatis ex uno
extrahatur unus Doctor, ex altero extrahantur Cives, sive ex Bussolo
Priorum facto ad patrocinandum volentibus petitiones, vel querelas dare
extrahatur unus, qui teneatur omnibus patrocinari; ex Bussolo vero
Notariorum extrahatur unus Notarius, qui sit futurus actuarius dd.
Syndicatorum pro quolibet semestre, quo Officialis Syndicandus in
Officio permansit qui sic extracti a praefatis Magcis DD. Prioribus vo=
cati in manibus Cancellarii jurare teneantur de eorum officio se
bene, et fideliter gesturos, et per duos dies, antequam incipiat ali=
quis officialium praedd. stare ad Syndicatum, Syndicatores praedi.
teneantur, et debeant sub vinculo praestiti Juramenti, et sub poena
25. lib. Den: a quolibet ipso facto incurrenda, et auferenda, et
Coi Fulginii applicanda transmittere per Castra, Villas, et Loca
Comitatus d. Civitatis, et eorundem hominibus notificent, quadie

principiet Officialis præfatus stare ad Syndicatum, et per diem, antequam incipiat ipse Officialis syndicari, emitti faciant Bandimenta per loca solita dictæ Civitatis, quibus innotescat, et intimetur dies Syndicatus præfati Officialis. Syndicatus autem incipiat statim post elapsos dictos dies incipiendo de mane, et die qualibet, qua præfatus Syndicatus durabit, sedere debeant Syndicatores in Palatio solitæ residentiæ Domini Potestatis ad Banchum Iuris duabus vicibus, videlicet: de mane, et sero tertia pulsata prius quater vice Campana Magna dictæ Civitatis, et emissis Bandimentis per loca solita Civitatis, quæ habeant locum Citationum, et ex supradictis Officialibus quilibet Syndicandus stet per dies sex ad Syndicatum, et infra tres dies dentur, et recipiantur petitiones, et querelæ omnes dandæ contra olim Officiales eo tempore Syndicandos, ejusdemque Familias, et Familiares, et ulterius.

// De Nundinis faciendis in Civitate Fulginii, // eorumque Præsidentibus, et eorum Officio //

// Caput XVI. //

Cum ex nundinis Civitatis, in qua fiunt, honor resultet, et utile hominibus ejusdem sequatur, et commodum statuimus, et ordinamus, ut quolibet Anno fiant Nundinæ in dicta Civitate, et Domini Priores dictæ Civitatis, qui fuerint de mensibus Ianuarii, et Februarii curent, et faciant sub pœna eorum præstiti Iuramenti, et 25. Lib: den: # incurrenda, et dictis Cameris respective applicanda, ut Anno quolibet de Mense Februarii die 18. ejusdem tempore extractionis Magistratus Dominorum Priorum, et aliorum Officiorum, et prædicatorum dictæ Civitatis extrahantur ex Bussolo dicti Consilii, in quo omnes de Consilio imbussolari debeant sex de dictis Consiliariis, videlicet: quatuor, qui

ipso facto

Regia, ac ab ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes // punire, et castigare etiam // usque ad mortem inclusive //, pe= nasque pecuniarias prædictarum Nundinarum custodia, et aliis, ut in eis videbitur applicare, et impendere; Et quia placuit Fel: Rec: Paulo Tertio Pontifici Maximo, attenta ejusdem Civitatis im= memorabili consuetudine in præmissis pro præmissorum antiquorum Iurium dictæ Civitatis conservatione eidem Civitati benigne annuenti per suas Literas in forma Brevis mandare, ut Gubernator, et Præ= tor ejusdem Civitatis pro tempore existentes se in præmissis dd. Nun= dinarum, earumque prorogationis tempore durante nullatenus in= tromittant; Idcirco statuimus, et ordinamus, ut idem Gubernator, et Prætor pro tempore existens in caussis prædictis, et in personas prædictas dd. Nundinarum, earumque prorogationis tempore durante sese in præmissis nullatenus intromittant, et ab eorum Iurisdictione, et officio desistant juxta, et secundum earum Literarum Aplicarum vim, seriem, tenorem, et Compendia, quarum tenorem hic ad Clariorem omnium intelligentiam inseri de verbo ad verbum volumus, et mandamus, cujus tenor sequitur, et est talis videlicet //

// Paulus PP. III. Universis, et singulis Legatis, Vicelegatis, et eo= rum Locumtenentibus, ac quibusvis S. Romanæ Ecclesiæ Officialibus qua= cunque authoritate fungentibus salutem, et Apostolicam Benedictionem. Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii, Priores, et Communitas Civitatis nostræ Fulginatensis, quod licet ab immemorabili tempo re citra Præsidentes Custodiæ Nundinarum Civitatis prædictæ per Communitatem ipsam, ex illius Civibus deputari soliti dd. Nundina= rum, et earum prorogationis tempore durante, omnes, et singulas

Pius V. Urbe VIII 25. Maji 1571., et 21. Augti 1638. confirmant hoc Privilegium Benedictus XIII. die 12. Julii 1728. declarat =

Nundinis prædictis, et illarum tempore habeant, et habere debeant omnimodam Iurisdictionem, merumque, et mixtum Imperium. Unus sit Notarius, qui in Libro Actorum per ipsum faciendo in sui forma, et figura universa acta tam Civilia, quam Criminalia coram eisdem Præsidentibus facienda conscribat. Alius vero sit Capitaneus, qui universa ad dictum Officium spectantia, et ab eodem provenientia executioni tam merentia demandato eorundem fideliter exequatur. Dictumque præsidentiæ nundinarum officium incipiat anno quolibet, et incipere debeat die Mercurii proximi hinc immediate sequentis post Festa Paschalia Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, statque dicto die de mane in aurora, et antea pulsari campana dictæ Comunitatis solita, et consueta de Mandato per horas, et horas consuetas. Deinde hora Terciarum Præsidentes prædicti faciant à Palatio Dominorum Magnificorum Dominorum Priorum quatuor Tubicinibus dictæ Comunitatis per Plateas, ac Stratas per dictas Nundinas fieri solitas, et consuetas præconizzari eundo cum Tubicinibus, et reddeundo per loca prædicta usque ad portam Contrastanghe iuxta Stylum hactenus solitum, et consuetum. Durent Nundinæ prædictæ, et durare intelligantur per dies decem et octo, et ultra ad Beneplacitum dictæ Comunitatis. Qui quidem Præsidentes teneantur, et debeant omnes, vel duo ex eis, et Notarius prædictus diebus quatuor continuatis horis, et temporibus stare, et sedere honorifice ad locum eorum solitæ residentiæ in Platea publica magna dictæ Civitatis in loco deputato, vel ab eis deputando ad eorum solitum Tribunal dictarumque Nundinarum tempore, illarumque prorogationis omnes, et singulas Causas tam Civiles, quam Criminales, tam inter Mercatores, et alias personas ad ipsas Nundinas accedentes, quam etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Incolas, et Habitatores ejusdem comitativos, et districtuales vertentes audire, cognoscere, decidere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, et Manu

competere Præsidentibus juridictionem, quæ ad comitativo et districtuali et pro delictis commissis in Territorio

caussas tam Civiles, quam Criminales tam inter Mercatores, et alias Personas ad Nundinas ipsas accedentes, quam etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Homines, et Incolas, et Habitatores ejusdem vertentes cognoscere et terminare summarie simpliciter, et de plano sola facti veritate inspecta, et Manu Regia, ac ab ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punire, et castigare etiam usque ad mortem inclusive poenasque pecuniarias pro custodia dd. Nundinarum, et aliis pt. in eis videbitur applicare, et impendere ac Gubernator, et Potestas ejusdem Civitatis pro tempore existens sese in præmissis nullatenus intromittere, sed ab eorum Jurisdictione, et Officio prædictis Nundinis etiam prorogatis durantibus cessare; Ipsa vero Communitas tempus pro huiusmodi nundinis statutum ad certum tempus prorogare consueverit, et in pacifica possessione, vel quasi præmissa omnia faciendi existat. Nihilominus ipsi pro abundantiori cautela cupiunt per Nos recipi, ut super præmissis ab aliquibus non molestentur, et propterea Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis annuere de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Subditorum Nostrorum præsertim fide, et devotione erga Nos, et Sedem Apostolicam conspicuorum Jurium conservationi cum desuper humiliter supplicatis libenter intendimus huiusmodi supplicationibus inclinati. Vobis, et cuilibet vestrum in virtute Sanctæ Obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus Commitentes, et Presidentes prædictos super præmissis contra immemorabilem consuetudinem hactenus laudabiliter observatam huiusmodi nullatenus molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis, nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis. Non obstantibus

Constitutionib., et Ordinationib. Aplicis, ceterisque contrariisqui=
buscunque. Datis Romæ apud S. Mariam sub Anulo Piscatoris
Die 23. Junii 1548. Pontificatus Nri Anno Quartodecimo.//
Blo: Ol: Bulgin:

// Julius Papa III. ad perpetuam Rei Memoriam //
Cum sicut accepimus dilecti Filii Communitas Civitatis nostræ Bul=
ginaten. ex antiqua consuetudine, et ex indulto, seu Privilegio
Aplico Nundinas in dta. Civitate quot annis celebrare consueverint.
Nos, ut Personæ cum Mercib., et Alib., aliis Rebus ad dd. Nundinas
venientes tuto, ac libere id facere possint præfatis dc. Comtis Nobis su=
per hoc humilit. porrectis inclinati omnes, et singulas Repræsalias
quavis ex caussa, et ad cujusvis etiam Fisci nostri instantiam, et
pro Interesse Cameræ Aplicæ quomodolibet hactenus relaxatas,
et in futurum relaxandas durante tempore dd. Nundinarum
et illarum prorogatione quandocunque illas prorogari contigerit
ita qd ad dd. Nundinas venientes, et in eis commorantes, et inde
discedentes dd. Repræsaliarum prætextu in Personis, Mercibus, a=
nimalib., aut aliis bonis quibusque molestari non possint authe
Aplica tenore pntium ex nunc pt. ex tunc, et e contra ad nrum,
et Sedis Aplicæ Beneplacitum suspendimus, et eisdem Personis libe=
rum, et tutum Salvum Conductum ad. dd. Repræsalias conce=
dimus, mandantes virtute S. Obedientiæ, et sub pœna nri Arbitrii,
et quoad Comtes etiam quingentorum ducatorum auri Cameræ
Aplicæ applican., si contrafecerint incurrenda. Omnibus, et
singulis Legatis, V. Legatis, Gubernatorib., Potestatib., Communitatib.,
Barisellis, ceterisque Officialib., et executorib. totius Status nri

ecclesiastici mediate, vel immediate subjecti, ut ad dd. Nun=
dinas venientes non solum contra praesentium nostrarum Litterarum non im=
pediant, sed illas eis observent, et observari faciant, omnemque
commoditatem eisdem Vectoris tam eundo, quam redeundo praebe=
ant. Nos enim irritum decernimus, et inane quidquid secus
à quoquam quavis authoritate sciente, vel ignoranter contigerit attentari.
Mandantes insuper Moderno, et pro tempore existenti Provin=
ciae nostrae Umbriae Legato, et ejus V. Legato, ut eisdem communi=
tati, et Personis in praemissis favorabiliter assistentes faciant
eisdem praesentes nostras Litteras per praedictas, et alias sibi visas poenas
inviolabiliter observari. Praemissis, ac Constitutionibus, et Ordina=
tionibus Apostolicis, caeterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Vo=
lumus autem, quod praesentium transumptis, Manuscriptis, vel Impressis, et
Manu alicujus Notarii Publici subscriptis, et sygillo Personae
in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem fides in
Judicio, et extra adhibeatur, quae originalibus adhiberetur, si forent
exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo
Piscatoris die 11. Aprilis 1554. Pontificatus Nostri anno Quinto // Co:
Carmen:

// De electione Proconsulum Mercatorum, //
// et Artificum //
Caput XVII.

Cum Mercatores, et Artifices, ac alios super rebus mobilibus, quae sub fide vendi=
derint coram Ordinariis litigare non deceat, sed magis eisdem dd. pro=
priis Judicibus super his sit providendum, qui ipsorum caussas super praemissis
non ex rigore, et Juris Apicibus, ac sollemnitatibus, sed de aequitate cognoscendo

decidant, statuimus, et ordinamus, ut Mag.ci DD. Priores d.ae Civitatis pro tempore, et Centumviralis Concilii decreto teneantur, et debeant, ubi facti exigentia suadebit eligere tot Consiliarios, Mercatores, Armatariosque, et Artifices respective ejusdem Civitatis, quot sufficiunt ad Bussolum infra faciendum, qui simul tres sint pro quolibet Officio, et ternatim scribantur in Brevicullis, seu Carthulis tot, quot sunt, vel erunt dicti sic electi; Postmodum sic in dd. Brevicullis ternatim descripti ponantur in una Cassetta clausa tribus Clavibus, diversis servaturis, quarum Clavium una habeat, et habere debeat Prior Cathedralis Ecclesiae S. Feliciani d.ae Civitatis, alia Gnalis Camerarius dd. Mercantiarum, et artium, alia, et tertia Dni Priores pro tempore existentes, praefataque Cassetta stare, et continuo esse debeat in Sacristia d.ae Ecclesiae. Deinde tempore extractionis Magistratus, et aliorum Officiorum d.ae Civitatis incipiendo die 21. Mensis Decembris anno quolibet extrahatur de Bussolo, seu Cassetta unus ex Brevicullis praedictis, et ii, qui in eo descripti apparebunt, et legentur, sint, et vocentur Proconsules artis Mercantiae, et aliarum artium d.ae Civitatis, dictumque officium sui initium habeat, et habere debeat in Kalendis Januarii, duretque, et durare debeat per sex menses, faciendo extractionem istam de Semestri in Semestre, dictique sic extracti auctoritate praesentis Statuti habeant, et sint Proconsules dd. Mercantiarum, et artium, cum omnimoda jurisdictione, auctoritate, et potestate in praemissis, et infra necessaria, et opportuna. Qui Proconsules teneantur, et debeant stare, et sedere in Bancha eorum solitae residentiae in Platea d.ae Civitatis omnibus diebus Iuridicis, tam de mane, quam de sero, quam Bancha habere debeant

ornata Chappeto, vel alio Panno honorato cum assistentia Notarii ad id deputati, ibidemque petentibus Jus reddere, cognoscere de omnibus, et singulis caussis, litibus, quæstionibus, et controversiis, quæ essent, et oriri possent inter Mercatores, et Artifices, et alios de dicta Civitate, et Comitatu aliunde occasione Mercantiarum, et artium, rerumque aliarum prædictarum emergentium, et dependentium à prædictis, illasque definire, et terminare non de Juris rigore, aut secundum Juris Apices, sed de bono, et æquo, ac pro veritate, et æquitate cum autem sederint ad Jus reddendum, teneantur, et debeant procedere modo, et forma infrascriptis, Videlicet In titulo quomodo, et qualiter procedatur.

// Forma qualiter procedatur coram Proconsulibus // Mercaturæ //

Caput XVIII.

Ne quæstiones, et Lites super re Mercantili, et ab ea dependenti inter quosque de dicta Civitate vel aliunde efficiantur immortales, sed ut potius de bono, et æquo, ac secundum Stylum Mercantiæ celerem quam possint expeditionem recipiant, Statuimus, et ordinamus, ut si quis aliquem Mercatorem, vel Artificem alium de dicta Civitate, vel in ea degentem occasione Mercantiæ, vel rei ad Mercantiam, vel artem pertinentis, vel ab ea dependentis coram Proconsulibus Artis Mercantiæ ejusdem Civitatis in Jus vocare voluerit illum per unum ex Bajulis Communis dictæ Civitatis citari faciat personaliter cum termino unius diei peremptorie ad comparendum, si in Comitatu, vel districtu citandus extiterit, et cum expressa comminatione,

ut dua in d.° termino veniat ad eligendum sibi locum in d.a Civit.e, ubi in posterum ad quosque actus necessarios, usque ad Sententiam inclusive, citari queat possit, et velit, alias qd citabitur ad Valvas fori residentiae dd. Proconsulum; si v.° citandus moretur, seu domicilium habeat in d.a Civit.e possit citari pro eadem die ad comparendum, et pro hora Iuris, qua Creditor voluerit; si v.° personaliter inveniri non possit, citari faciat domi solitae habitationis Debitoris cum termino peremptorio comminatione praed.is respve; qua facta relatione, et citatione ejusdem actori per talem qualem petitionem intentionem suam contra suum Debitorem in actis redigi faciat et solutis capitibus solidorum in Manibus Notarii dd. Proconsulum ad rationem Bonenni unius M.te Currentis pro quolibet Florenho summae Pecuniariae, vel rei petitae, praevia tamen facta aestimatione rei per ipsum actorem, ubi res aliqua peti contigerit; si Reus in d.° termino non comparuerit, incusata contumacia non comparentis, talis sic Contumax habeatur pro confesso, et convicto, ac Testibus superato, et contra talem sic Contumacem Proconsules realem, et personalem simul, vel divisim ad voluntatem Creditoris pro Summa, vel repetita, et expensis executionem committant, et fieri faciant cum effectu; si v.° Reus comparuerit, et Debitum confiteatur, detur Ei terminus ad satisfaciendum sex dierum, quo elapso, et solutione non facta, fiat contra eum executio, ut s.a; si v.° neget, et actor contra sic negantem produxerit aliquam Apocam, vel librum non abolitum, non cassum, nec in aliqua parte sui suspectum, in qua, vel in quo contineatur promissio, vel obligatio quantis

quantitatis, vel rei petitæ, Proconsules faciant ipsi Reo dari Copiam Apocæ, vel Partitam Libri, et terminum ei statuant trium dierum ad opponendum, et probandum contra ipsam Apocam, et dictum Librum, et Partitas ejus, et Personam Creditoris, quidquid velit, et possit, et si infra d. terminum non opposuerit, vel opposuerit, ut nihil, quod relevet, probaverit, tunc Proconsules contra talem Debitorem pro summa pecuniam, vel rei petitæ, et expensis executionem relaxare, ac fieri faciant realem, et personalem ad voluntatem Creditoris, ut s.a; declarantes, quod ita demum Libris predictis, ut eorum partitis credi debeat, si per Mercatorem, vel Artifices conscripti sint, sintque intitulati, et cartulati et mercantili more retenti, et de re mercantili, vel ad mercantias, vel ad artes pertinenti, vel ab eis dependenti tantum loquantur. // Caussæ autem, et Questiones mercantiles, vel ad // mercantias, vel ad artes pertinentes, vel ab eis dependentes // inter quascumque Personas de d.a Civit.e vel in ea, aut ejus Comi= // tatu, vel Districtu inhabitantes cognosci, et decidi debeant per // Proconsules predictos summarie, et simpliciter de plano, et absque // Libello, sine strepitu, et figura Iudicii, et hac sola facti ve= // ritate, et equitate inspectis, nec illæ coram aliis Iudicibus d.æ Ci= // vitatis introduci possint, nec per eos modo aliquo cognosci, et // decidi, quod si secus fiat, processus inde secutus, sit ipso iure // nullus //: et nihilominus, qui illas coram aliis Iudicibus d.æ Civitatis introduxerit, vel introduci curaverit, incidat ipso facto in penam Lib: 25. Den: Coi C. Fulginiæ applicandam, ut s.a:

Volumus etiam ut Interlocutoria Præcepta, et Sententiæ facta, et late respective per prædd. Proconsules, aut duos ex eis, dummodo omnes adsint, absentes sint legitime requisiti valeant, et teneant, et firmiter observentur, nec ab eis valeat appellari, aut reclamari, seu supplicari, aut de eorum nullitate dici, nisi notorie ex actis constaret de gravamine, aut eorum nullitate, quo casu ad Dnum Potestatem, vel ad alium in dta Civitate Jurisdicentem appellari et de nullitate dici possit, et debeat, qui dd. caussas nullitatis, et appellationis infra decem dies continuos, dummodo non feriatos in honorem Dei, et Sanctorum ejus cognoscere, et terminare debeat sub pœna 25. lib: den: ab eodem de suo salario auferendo, et Coi Fulginii applicando, ut sa.; et insuper teneatur ad interesse Parti, dictaque appellationis, et nullitatis caussa sit omnino deserta dicto termino elapso, et caussa appellationis, et nullitatis non expedita, et si creditores voluerint tenuta de bonis debitoris, Proconsules teneantur illam dare, tam de mobilibus, vel semoventibus, quam de Immobilibus pro re, et summa petita, et pro expensis. Declarantes, quod tenuta de rebus mobilibus, vel semoventibus valeat, et valere debeat in duplum rei, vel summæ petitæ, de Immobilibus vero valeat in triplum rei, vel summæ petitæ, et id locum habeat in debitis confessatis; tenutam autem de rebus mobilibus, vel semoventibus teneat Creditor per decem dies post illius acceptionem. Tenuta de rebus immobilibus teneat per unum mensem post illam acceptam: quæ tenutæ si per debitores infra dictum tempus recollectæ non fuerint Proconsules teneantur res prædictas banniri facere, videlicet: Mobiles, vel semoventes, citato ad id pro certa die, et

hora leg.ª debitore præd.º subhastenti ad locum residentiæ dd. Pro-consulum unica tantum subhastatione, et plus offerenti dentur, et Creditori dē pretio satisfiat pro summa, vel re petita, et expensis, et reliquum, si quid adsit, Debitori restituatur. Immobilia s.º, citato Debitore, juxta solita subhastentur in loco præd.º duobus continuatis diebus, et plus offerenti dentur, dē pretio dicto Creditori satisfiat pro summa sui Crediti, et expensis, et reliquum, quod adfuerit, Debitori restituatur. Si s.º emptores non reperiantur, vel reperiantur, et pretium nimis injustum offerant dd.i Proconsules prævia æstimatione facienda per duos homines per ipsos eligendos res prædictas respective pro dicto æstimato pretio Creditori adjudicent, et instrumentum adjudicationis faciant, reliquum, si quod adsit, Debitori solvi faciant, et talis adjudicatio sic facta per Proconsules ipsos perinde sit, et valeat, ac si venditio dē eis per Debitorem ipsum facta esset, illaque plenum, et perpetuum habeat roboris firmamentum.

// Dē modo in extractione, et electione //
// Dominorum Priorum //

Caput XLX.

Quia officium Dnorum Priorum Civitatis Fulginii, quam utile, et necessarium per antiquissima tempora compertum est, ideò pnti statuto ordinamus, quod in futurum extracti Dnis Prioribus, qui in Bussolo Dnorum Priorum existunt, qui ultimo loco extracti fuerint, teneantur, et debeant in primo mense eorum Officio, et citius quam poterunt, Centumvirale Concilium d.æ Civitatis more solito convocare, et in eo dē Civibus creandis, et obtinendis ad novum d.i Magistratus Bussulum, # qui hunc vacare contigerit proposita facere; et circa ea rem

faciendum, et omne alium d.æ Civitatis officiorum Bussolum //

dd.i Priores, et Reformatori eligant quindecim Cives idoneos, et suffi=
cientes de quolibet Tertierio dictæ Civitatis, qui sint de Numero
Conciliariorum, ætate provecti, experientia, et usu docti, et con=
scientia, et fide præditi. Quos ita electos per Cancellarium d.æ Civ.s
in Concilio legere faciant, seriatimque eos, et eorum quemlibet, ut
scripti reperiuntur per Ballunctas, seu Fabas ad partitum ponere,
et sex vid.t: duo de quolibet Tertierio, qui more solito favorabilius
obtenti erunt, sint, et esse debeant, qui novum Bussolum faciant,
et futuros Magistratus ordinare, et imbussolare debeant, quos ita
obtentos præfati DD. Priores ad se vocare debeant, illisque, et cui=
libet eorum per præfatum Cancellarium Iuramentum, et Iuramentum
deferre, qui iurare debeant manu tactis Scripturis, bene, et fideliter
Bussolum facturos, et remotis ab eis odio, amore, prece, pretio, ti=
more, et omni humana gratia, et si aliquem ex obtentis recusare
contigerit ad illud officium assumendum per præfatos DD. Priores ad=
stringi possit, qui si in sua recusatione perseveraverit, nisi iusta
caussa recusationis alleget, quæ à præfato Mag.co Concilio ap=
probata fuerit, illico omnibus officiis d.æ Civ.s ipso facto privatus, ita
quod in futurum ad illa reintegrari non possit, et alius in eius lo=
cum de eodem Tertierio eligatur. Dictisque Civibus, ut supra obtentis prima
die, qua incipere d.m Bussolum decreverint Sollemnem Missam San=
cti Spiritus in Cathedrali ecclesia Fulginii Dni Priores # et dicti
Cives electi unà cum aliis Civibus de Concilio interesse debeant,
dictisque Civibus Mansio aliqua, in qua commode morari pos=
sint, assignetur, ibique unà cum Cancellario præd.o claudantur, et

hunc temporis celebrare faciant, in qua ipsi Dni Priores

die, nocteque manere debeant, nec inde discedere, donec a quo=
usque integraliter Bussolus prædictus compleverint; in quo loco ex=
pensis d. Coij per dies deced alantur, et illis transactis expensis propri=
is vivere debeant; tendantque in tribus Bursis Balluctas ponere
pares numero in qualibet Bursa, et in una ponant Balluctas,
in quibus descripti sint Priores Terzerii Superioris; in alia vo Bal=
luctas, in quibus descripti sint Priores Terzerii medii; in tertia
vo ponant Balluctas, in quibus descripti sint Priores Terzerii Infe=
rioris; et quælibet Ballucta contineat in se sex Priores, et in Bal=
luctis Bursæ cujuslibet Terzerii Caput Prior, et Prior Novellus
sint, et esse debeant illius Terzerii, pro quo Bursa illa facta fu=
erit, et alii vo Priores cujuslibet Terzerii esse possint, describique
Caput Priores sint, et esse debeant de Numero Concilianorum ætatis ad
minus quinquaginta Annorum, sintque alias experientia, et longo
usui exercitati, nisi Legum, et Medicinæ doctores sint, qui etiam
qd de Concilio non essent, vel ætatis prædictæ, in Caput Priores descri=
bantur, similiterque Secundi Priores de Numero, vel Ordine Conciliano=
rum sint; alii vo tres, videlicet Tertius, Quartus, et Quintus Prio=
res sint, et esse possint etiam de Populo qui tamen de præterito fue=
rint, vel ipsi, vel antiquiores de ejus familia de numero dd.
Priorum, et bonis moribus imbuti sint, nec alicui vili exercitio va=
cent. Prior vo Novellus sit de familia alicujus Conciliani, ita
qd Pater, vel alius ejus ascendens sit, vel fuerit de Concilio, dum=
modo sit bonis moribus imbutus, et vili non vacet exercitio, vel si
aliquis contra formam prædictam in Ballucta aliqua descriptus

reperiretur, sit pro non Scripto, et nullo modo admittatur, sed in ejus
locum alius de Bussolo Specciolatorum subrogetur, et nihilominus
præfati Viri ad Bussolum faciendum deputati incidant ipso facto in
pœnam 50. lib: Ven: pro quolibet Ssmi Sulginis applicandam,
et si aliquis descriptus bis in dd. Ballucttis errore, vel data opera,
repereatur pro non scripto, nisi semel habeatur, et nullo modo bis admit=
tatur, sed alius de Bussolo Specciolatorum subrogetur. Postquam vero Bal=
luctas, quas in dd. Bussiis ponere decreverint, ut supra posuerint
Bussolos Priorum cujuslibet Terzierii faciant, in quibus substitutos
vulgo dictos Specciolatos immittant, in quibus ordinem, et modum su=
pra in eligendis Ordinariis datum servare teneantur. Addentes, quod duo
attinentes ad invicem in primo, vel secundo Gradu secundum Jus Canoni=
cum computantur in Linea Consanguinitatis, vel Affinitatis in
primo non possint imbussolari ad Officium Prioratus, et si contigerit
aliquos, ut supra attinentes ex Bussolo Specciolatorum extrahi non possunt
officium exercere, sed alius extrahere, et sibi locus reservatus
censeatur pro primo vacante ad suum Terzierium in locum, in quo
erat extractus, possintque, et teneantur aliorum Officiorum dictæ Civitatis
vacantium Bussolos facere, et in eis Cives dd. Concilio more solito
imbussolare, dummodo non, nisi semel aliquis imbussoletur. et si quis
pluries imbussolatus reperiretur, habeatur pro non imbussolato, nisi
semel tantum, et in ejus locum secundo extracti alius subrogetur, et
cujuslibet Officii Bussolos Ordinariorum, et Specciolatorum, ut mos
fuerit de præterito faciant. Quibus completis Bussias præfatas,
et omnes Bussolos in Capsa suis locis Cancellarius præfatus

ponere debeat, capsaque predicta claudere sex clavibus illasque à Sacrario Cathedralis ecclesie Bulg.i ponere, clavesque predictas in Capsa sex Clavium DD. Priorum immittere teneatur, ad quam Capsa sic in Sacrario posita pro ea aperienda nullus de aliquo Magistratu, seu Prefectura aliquo tempore accedere possit, nisi cum omnibus ipsis Prioribus, et Legum Conservatoribus, et Cancellario prefate Civitatis, qui solus possit in d.a Capsa in presentia prefatorum manus immittere, et non alius sub pena 25. Lib: Ven: ipso facto incurrendo, et Cam.e Bulg.i applicando, et ammissione omnium officiorum, in quibus imbussolatus in aliquo Bussolo in d.a Capsa existente reperiretur, quibus privatus intelligatur, et ab illis cassus, et Cancellarius, et prefati DD. Priores, et Legum Conservatores etiam cum d.o Cancellario d.m Capsam aperire possint nisi temporibus Congruis, et consuetis, et quando eis authoritas, et licentia à Mag.co Concilio d.e Civitatis demandata fuerit. nec alicui liceat in Bursia, seu Bussolo aliquo in d.a Capsa existente aliquod nomen addere, vel minuere, nec videre que nomina in eis descripta, vel in aliquo eorum sint sub pena 100. Lib: Ven: ut s.a incurrendo, et applicando, nisi id à prefato Mag.co Concilio demandatum fuerit, in quo mandato modus, et forma à Mag.co Concilio ordinatum observare debeant, et teneantur sub jam d.a pena per quolibet eorum incurrendo, et quidquid per eos aliter factum fuerit, sit nullus, et inane, et nullas habeat roboris firmitatem, et qui sunt in dicto officio Prioratus decem diebus, ante finem eorum officii, Bannimenta facere

curent de nova extractione dd. Priorum facienda, ipsique dd. Priores una cum Sequ Conservatorib Cattano, et sola familia ex d.o Sacrario Capsam predictam accipiant, illamque sollemni qua decet pompa ad Palatium Dni Gubernatoris d.e Civitatis preferri faciant ibidemque in ejusdem Dni Gubern.s presentia habita prius per prefatum Cancellarium Almae, et Individuae Trinitatis, S. Mariae semper Virginis, et S. Feliciani Magni Civitatis Fulginei Protectoris invocatione aperiat, priusque Cives ad Officium deputandi de suis Bussolis extrahantur, factaque prius extractione Specciolatorum tam ad alia officia, quam etiam ad Prioratum. Ultimo loco Bussa Terzerii, de quo pro mensibus futuris dd. Priorum extractio facienda est, capiatur, omnesque Ballunctas in d.a Bussia existentes in Bacile Argenteo ponantur, exque per prefatum Dnum Gubernatorem una Ballucta accipiatur, illamque prefatus Cancellarius in manibus sumptas habita prius orationcula aperiat, et in ea descriptos legat, et publicet, et si contingat aliquem ipsorum dd. Priorum de Ballucta extracta tempore extractionis, vel postea ante ingressum esse mortuum, vel mori, vel reperiri punctatum, vel officium Prioratus nolle acceptare, vel abesse a Civitate Fulginei, et tempore consueto expectato non redierit, tunc in locum ipsius Mortui, vel punctati, vel recusantis, vel absentis admittatur Specciolatus ad illum locum de Bussolo Specciolatorum extractus, ita quod ipsorum Sex Numerus sit integer, et imminutus, addentes, quod prefati Imbussolatores teneantur facere registrum totius Imbussolationis facte per

dos tradendos Magcos DD. Prioribus sygillatus ponendos, et conser=
vandos in Capsa predicta.

De Prioribus, et Juramento per eos prestando

Caput XX.

Officium DD. Priorum duret duobus Mensibus duret duobus mensibus, qui ob
longis ad tallos usque purpureis vestibus coloris Nigrantis rosæ, ut dicunt
pagonatis utantur, Fascia, vel Binda serica, ut vulgo dicunt, Taffetta=
ne, atque aurea Cathena humeros, Collumque ornatu habeant, et
Soleis, seu planellis serici, seu velluti, pedes induant, reliquasque vestes
se, suoque officio dignas gerant: Hunc enim cultum Majores nostri eos de=
cere judicarunt. Primo die eorum officii quilibet hora solita Civium
Caterva preambulo sono Campanæ Comis coadunata comitante Cathte
Ecclesiam ingrediantur, ibidemque omnes coadunati Missas ad Principale
Altare ejusdem Ecclesiæ audiant, simulque deinde ad Palatium Dni Gu=
bernatoris dicte Civitatis accedant, ubi in presentia Antecessorum Priorum
quilibet ipsorum Corporaliter tactis Scripturis in manibus prefati Dni Gu=
bernatoris Cancellario dicte Comis deferente, et acceptante Juret S. Rom.
Ecclesiæ, Smo Dno Nro, et Sedi Aplicæ, ceterisque Superioribus, ut par
est fidem obedientiam ac devotionem prestare, et in eorum fide, obedi=
entia, et devotione durante tempore eorum officii Civitatem ipsam,
ejusque Populum manutenere, eorumque officium bene, et legaliter
gerere, et omnes honores, Jurisdictiones, Iura Immunitates, et Privi=
legia Comis Vulgo conservare, justitiamque tam Pauperibus, quam Diviti=
bus equa lance administrare; Statutaque, Reformationes, et ordinamen=
ta, et omnia in presenti Capitulo contenta, aliaque Decreta, et

Consuetudines servare, demum ab Antecessoribus Prioribus associati ad solitum Palatium ire debent, et ab eisdem informationem recipere donum, quae adhuc exactioni demandatae non fuerunt, et impedienti remansere, in quo dicti Prioratus Officio durante, die, nocteque residentiam faciant, et quilibet eorum faciat, ibidemque simul comedere, et bibere debeant, nisi justo impedimento ipsorum aliquis in domo detineatur, nec de Palatio ipsorum exire possint, nisi cum Vestibus, et Ornamentis consuetis, et omnes simul cum tota Familia sub poena privationis Officii, et 25. Lib. Den. pro quolibet, et qualibet vice ipso facto incurrenda, et applicanda Cameri Cerretae Alginis; Nec praefati DD. Priores sub jam dicta poena # ad dictos Gubernatorem, vel Rectorem, vel alium Officialem, vel Superiorem accedere, nisi prius inter ipsos et Novemviros de ipso accessu, et ejus caussa deliberatio fiat, qui si accedere deliberaverint cum tota familia, et Cancellario dictae Civitatis accedere debeant, caussam de qua deliberaverint, proponant, et non aliam sub jam dicta poena, vel aliquis ex introductis Prioribus ex caussa propria extra dictam Civitatem discedere possit, nisi prius petita, et obtenta licentia a Magnifico Concilio dictae Civitatis, qua habita, equitando, et associatus a duobus famulis de Familia dicti Palatii ad minus accedere debeat sub jam dicta poena, ut supra incurrenda, et applicanda; nullusque sub eadem, et poena ut supra incurrenda et applicanda, postquam extracti fuerint ad dictum Officium Prioratus usque ad decem dies post illum finitum possit coram aliquo Officiali aliquos citari facere, vel aliqua ex caussa Criminali, vel Civili vel mixta convenire, nec etiam possit ab aliquo citari, et

Pro facto proprio vel alicujus alterius personae =

conveniri, et si aliqm caussa incepta habuerit per d. tempus in ea super sedeat, et si citatus, et conventus fuerit, vel alios citari fecerit, vel convenerit, ultra ja d. pœna, sit citatio nulla, et Processus, et quidquid actum fuerit nullus. Inter dd. DD. Priores primum locum teneat Caput Prior, qui propter ejus gradus eminentiam, etiam vestem Sericis nigri coloris, oblongis tamen ultra. induere possit, cujus cura sit inter Navem Viros, et in Magno Concilio Centumvirali de casibus occurrentibus proposita facere, Legatis, et Oratoribus, seu aliis ipsis DD. Prioribus expositione aliqm facientibus responsum dare, qui priori loco sedeat, et inter ipsum, et ejus Proximiorem Collegam Dnus Gubernator incedat, inter alios v. duos, vltra Tertium, et Quartum sit locus Dni Prætoris d.e Civitatis, et inter alios duos ultimos Judex Appellationis ejusdem Civitatis incedat. Sedeant v. post Dnum Gubernatorem Caput Prior, Secundus Prior, Dnus Prætor, Tertius Prior, Judex Appellationum, Quartus Prior, et Quintus Collateralis Dni Prætoris, et ultimo loco Prior Novellus; Teneanturque præfatos d.e Civitatis Officiales ad quælibet sollemnia, in quibus dd. DD. Priores interesse debent, invitare, ad quæ cum tota Familia ipsius Palatii à pluribus Civibus, quam fieri poterit, associati incedere debeant, et teneantur quoque DD. Priorum ultimus Prior, vulgo dictus Prior Novellus super expensis Mag.co Domus Præfatorum DD. Priorum faciendis, aliisque ad Gubernium DD. Priorum pertinentibus curam habeat, Crateras, Vasa, et alia Supellectilia d. Palatii tam argentea, quam aenea, et alia quæcunque custodire teneatur, illaque omnia integra Successori suo per inventarium consignare, pecunias per

Sive facta propositione
vel alicujus ab-
[illegible]

signatione Bullectarii executivam solvendas recipiat, easque in Cippo ad id deputato ponat, et de eis ratione suo periculo de pro: prius Montis Pietatis in fine Officii ipsius reddat, teneantque prefati DD. Priores, et quilibet ipsorum morigerate, et laudabiliter vivere, et in palatio à Blasphemia, ludisque prohibitis tam ipsi abstinere, quam etiam curare, ut illi de eorum familia, et alii abstineant, Baractherias, et inhonesta non faciant, nec alios facere permittant, sed Prioratus gradum in omnibus, et cum omnibus servent sub pena prestiti Iuramenti, et amissionis salmarum frumenti Prioribus, et Coi Bulgi dari solitarum, debeantque negotia per ipsorum predecessores pro Coi d.e Civitatis incepta fine debito terminare, et tempore quo ipsis necessarium, aut utile videbitur pro expeditione cujuscunque negotii Novemviros ad solitum sonum Campane convocare, eosdemque per propositas ut s.a à Caput Priore faciendas super occurrentibus negotiis consulere, et quod inter ipsos DD. Priores, et Novem Viros more solito obtentum fuerit, ipsi DD. Priores exequi teneantur, Centumque Virale Concilium semel ad minus in quolibet mense eorum Magistratus more solito convocare in primo videlicet mense ante lapsum decem dierum; in 2do v.t ante lapsum quindecim dierum, in quibus Conciliis solum de Utilitate publica proposita sit facienda prius tamen una cum Novem Viris, et Sequestris Conservatoribus visis Apodixis in Tamburo repertis, si aliquas ad infamiam alicujus factas viderint, eas omnino reiciant, nec in

37v

Concilio proponi permittant sub pena 50. lib. den. ipso facto pro quolibet ex DD. Prioribus, Novemviris, et Sequi Conservatoribus incurrenda, et Coi Fulginii applicanda. et alias toties praefatum Centumvirale Concilium in quolibet ex dd.tis mensibus convocare debeant, quoties ipsis, et praefatis Novemviris utile, aut necessarium videbitur, vel ab aliquibus Civibus alicui Negotio Praefectis requisiti fuerint, et in eo de omnibus negotiis occurrentibus proposita facere; et super propositis sententias dictas à Concilianis una cum Nov. Viris eligere debeant, quae magis utile Coi Fulg.ae, vel rei, super qua proposita facta fuit, videbuntur; easque ita electas in Concilio Ballottandas per Cancellarium proponere, et obtentas more solito Praefati DD. Priores, qua decet celeritate executioni mandare sub pena praestiti Iuramenti, et si contigerit adhuc DD. Prioribus, Bussolo durante, quod imbussolari ex aliquo Officiorum Bussole omnes extracti fuerint ~~juxta formam ipsius Decreti~~ de eo proposita in Concilio faciant, et quidquid decretum fuerit juxta formam ipsius Decreti; exequantur, et faciant, vel exequi, et fieri curent bona fide et nulla adhibita fraude sub pena praestiti Iuramenti; sedeantque in Concilio cum vestibus, et ornamentis, quibus extra Palatium induere, ut s.a debent in loco eminenti cum decore, et gradu dignitatis sedere, nec possint à Mag.co Concilio praefati DD. Priores, vel aliquis ipsorum ad eorum utilitates, vel honores, vel gradum aliquid petere, et si aliquis petierit in pena 50.

Lib: Pen: incidat, et quidquid obtinuerit sit nullus, nullaque
habeat roboris firmitatem, nec aliquo modo adesse qui possit, et
Caput Prior, qui idem ex proposita fecerit in eadem pœna incidat
etiam ratione propositæ; teneantque quolibet mense semel saltem
Muros d.ᵉ Civitatis tam intra, quam extra circuire, et si quid debile
vel ruinosum, vel defectivum videbunt, id Magco Concilio notum
faciant, et quam ipsi Magco Concilio provisionem facere videbitur,
exequantur sub jam d.ª pœna præstiti Juramenti, semelque ad
minus dd. Priores per duos ex eis partibus accedentes in eorum
officio revisere teneantur Arces Castri Guatoi Capitaneorum, et
Castri Rocchæ Banchæ, an eorum Custodes debitam provisionem
pro eorum Custodia in eis, et qualibet eorum habeant, aliaque
ejusdem Civitatis loca juxta eorum indigentiam, quatenus eis vi-
debitur revidere faciant, et si contingat aliquem ex præfatis Dnis
Prioribus mori in officio (quod Deus avertat) pro ejus funeralis
expensis a Comi d.ᵉ Civitatis haberi duodecim Papales erogentur.

De Auctoritate, et Potestate
Dominorum Priorum
Caput XXI.

Quia quodlibet Officium auctoritatem, quam habet fiat nobilius, ideo statui-
mus, et ordinamus, quod Dni Priores d.ᵉ Civitatis, qui pro tempore fuerint,
habeant auctoritatem, et posse ad instantiam et requisitionem cujuslibet
particularis personæ d.ᵉ Civitatis, vel ejus Comitatus, vel in eo,
seu ea habitantium scribere de Justitia administranda

Potestati Gualdi Captaneorum, Potestati Rocchæ Branchæ, Castellanis
Castrorum Verchiani, Rasiliæ, et Collis Floridi Vicariisque Castrorum
Castri Aniti, et Populi, qui officiales teneantur, et debeant præceptis,
et litteris præfatorum DD. Priorum, in quantum justitia suadebit o-
bedire juxta formam Capitulorum præfatorum Potestatum, Castella-
norum, et Vicariorum sub Rub: 18. et sub pœna in d. Capit.
contenta, possint querelas de præfatis Potestatibus, Castellanis,
seu Vicariis, seu de aliquo ipsorum per aliquas particulares per-
sonas, vel Universitates contra personas eorum, vel alicujus ipso-
rum expositas, et ubi de iure esse alterius partis colligantis n. agatur
audire, et querelantes ab injuriis, et tuto eorum defendere, pi-
gnora, vel pœnas factas extortas restitui facere, et indemnita-
ti hominum d. Civitatis, et ejusdem Comitatus et in ea, seu eo ha-
bitantium pœnes dd. Potestates, Castellanos, et Vicarios, et quo li-
bet eorum, ut justum, et æquum videbitur providere, possintque præfa-
ti DD. Priores de querelis, et gravaminibus per particulares personas
ejusdem Civitatis, vel ejus Comitatus, vel in eo, seu aliquo eorum de-
gentes contra Officiales, seu Officiales aliquos, vel Notarios, seu Notarius
Banchi damnorum datorum propositis audire, et querelantium
indemnitati providere de Symoniis, pecuniis, vel rebus aliis
ab Officialibus, vel Officiale præfati Banchi extortis, vel aliis
male ablatis cognoscere, et Symoniacos per Officiales d. Civi-
tatis jus reddentes debita pœna multari facere, extortasque
pecunias, vel res, vel aliis male ablatos restitui, providere
valeant dd. Consulatus alicujus Societatis dictæ Civitatis, vel

Syndicatus alicujus Castri, vel alio Officio eorumdem differentias
inter homines alicujus dictæ Civitatis, vel Castri, seu Villæ vertentes
juxta formam Statutorum, seu reformationum d.æ Civitatis, vel con=
suetudines loci ipsius debito fine terminandi, potestatem habeant;
Collectas impositas quosque solvere recusantes, et onera tam perso=
nalia quam realia, seu mixta subire renitentes ad requi=
sitionem Consulis Societatis illius, vel Syndici Castri, seu Villæ sub
qua, seu quo talis recusans, seu renitens erit ad solutionem dd.
Collectarum, et ut d.a Onera subeant compellere possint, et qua=
tenus opus erit, per d. Prætorem, vel alium Offlem d.æ Civitatis ad
præd.a exequenda præfati dd. Priores resistentes adstringi facere
quibus præfatus Dnus Prætor, aliique Officiales d.æ Civitatis omne
auxilium, et favorem præstare debeant, et teneantur pro dd. exe=
quendis sub pœna 50. lib. den: per præfatum Dnum Potestatem,
seu alium d.æ Civitatis Offlem, quoties contrafecerit ipso facto in=
currendi, et Communi Fulginii applicandi; Syndicos Castrorum
et Villarum ad idoneam fidejubendum pro ut dicti eorum Officii exer=
cere possint, et debeant, alias nisi eorumdem dd. Priorum periculo
lo ad.tum possint, Consules ipsos, seu Syndicos pro adimplendis ne=
gotiis d. Cois adstringi, et detineri per eosdem Offles d.æ Civitatis
facere valeant quosque d. Cois debitores, qualicumque ex causa
vel occasione ad ipsorum dd. Priorum simplicem requisitionem
per præfatos d.æ Civitatis Offles adstringere, et detinere facere pos=
sint, Civesque ejusdem Civitatis cuique negotio Præfectos, deputos,

quocunque ipsi videbitur ad se ipsos vocare, ipsosque ad exequenda
Mandata eis imposita compellere possint, et omnia Computa cu=
jusque administrationis d.ti Com.is, vel saltem duo ad minus Computa
revideant et calculent, et reliqua exigant sub pena 25. lib. Ven=
utili.a per quodlibet ipsorum incurrenda, n.si t.n ea, quæ Magcum
Concilium per alios revidenda, et specialiter calculanda decrevis=
sent, quasvelatque per aliquam particularem Personam, seu Universi=
tes contra Cives cuique negotio Præfectos exposita audire, et si ipsis
videbitur, partibus auditis, terminare, aut Magcum Concilium d.tæ Ci=
vitatis desuper consulere quodque negotium à Magco Concilio d.tæ Civi=
tatis impositum, eis sine debito, quanto citius terminare valeant, et
debeant sub ea, et in negotiis ad eorum officium pertinentibus qui=
libet de d.ta Civitate, vel Comitatu, vel in ea, seu eo habitator
parere, et obedire teneantur sub ea d.ta pena 25. lib. Ven. Com.tis
Vulg.i applicandis; Declarantes t.n, quod quoties inter aliquos supra
prædictos, vel aliqua præd.a differentia coram præfatis D.nis Prioribus
verteretur, teneantur, et debeant ad Advocatum Com.is Vulg.i qui pro tem=
pore erit vocare, juxtaque ejus Consilium differentiam præd.as deci=
dere et si quando ipsis D.nis Prioribus videbitur etiam alios Jurisperi=
tos d.tæ Civitatis ultra ipsum Advocatum supra tali differentia
consulere, et d.i Advocati, vel aliorum Jurisperitorum vocatorum,
vel majoris partis eorum Consilium, quæstiones, et differentias termi=
nare teneantur, et si aliter, quam præfato Advocato, vel majori parti
Jurisperitorum vocatorum videbitur, differentias prædictas decident

DD. DD. Priorum decisio sit nulla, et nemo astringatur ea sequi, ut que Maleficia tam in d.a Civitate, quam in ejus territorio, seu districtu commissa puniantur, et quodque omnibus, et singulis fiat justitia et nullus contra jus, et justitiam opprimatur, providere possint, et debeant, et quod pecunia, et res Communis indebite non expendatur, prohiberi auctoritatem, et potestatem habeant quasque litteras nomine Communis cuicunque Superiori, vel Communitati, vel personae particulari, vel cuilibet alteri per quosque Cives cuique negotio Praefectos mittendas legere potestatem habeant, etiam ipsis videbitur, sygillo Communis sygillari posse concedi, vel alias desuper Magnum Concilium d.e Civitatis consulendi, nisi a 20. Civibus de Numero litterae scriptae sint quas neque videre, nec sygillo claudere negare possint sub poena 50. Lib: den: quatenus vice incurrendae, et ut supra applicandae ipsi tantum DD. Priores ad instantiam alicujus personae particularis, sive laicalis, sive ecclesiasticae, vel alicujus Superioris alicui sub jam d.a poena subscribere possint in consulto Concilio Dno Potestati d.e Civitatis Fulginiae resignam de ejus familia, et Officialibus, et punctaturas facere, juxta formam Capitoli ejusdem Potestatis desuper hoc libro explicatorum valeant et debeant, quemlibet ex famulis de Familia ipsorum DD. Priorum quodoque eis videbitur removendi, et de Palatio d.e Communitatis expellendi facultatem habeant. Festivitates secundum formam Statutorum Civitatis Fulginii vel poena in d.s Statutis contenta custodiri facere possint,

et debeant, et non custodientes ad solutionem d.e pœnæ astringere, atque Officiales ad ponderandum venale Panem, Carnes, Pisces, et alia extraordinaria deputati eorum officium exequantur compellere possint, aliaque d.æ Civitatis, vel ejus limit.s utilia facere, et per Officiales d.æ Civitatis, vel ejus districtus fieri curare possint, et curent.

De electione Conciliariorum, et eorum Juramento

Caput XXII.

Cum difficile sit in unum Fulginatem Populum convocare pro negotiis, et occurrentibus expediendis, equum visum fuit Concilium vice Populi habere. Ideò statuimus, et ordinamus, quod si Dnis Prioribus d.æ Civitatis, et Novem Viris videbitur, aliquem de dicta d.a Civitate idoneum, qui inter Conciliarios, et in eorum Numero aggregari petat illum in Concilio proponant an ipsis Conciliariis videatur ipsum in Conciliarium recipere, et Ballictas, seu Fabas talis Propositus pro duabus partibus de tribus obtentus sit, et esse intelligatur de Numero Conciliariorum, et nullus tamen in Conciliarium eligi possit, cujus Pater à quo emancipatus non fuerit et seorsim habitet, sit de numero Conciliariorum, nullusque harum Civis d.æ Civitatis Fulginiis à MCCC annis citra possit eligi in Conciliarium d.æ Civitatis, et nullus, qui fuerit proditor Communis Fulginis, vel alicujus Castri d.æ Civitatis, nec Descendentes ab eis possint de Concilio eligi, et si postquam electus Proditor fuerit, ipso jure intelligatur privatus; nullusque Minor 25. Annis de Conciliariis eligi possit et si aliquis ex prædictis electus fuerit, ejus electio sit nulla, et

invalida, nec possit aliquo modo inter Concilianos in Concilio esse, à quo expellatur, si abesse voluerit, vel per Superiore ad petitionem cujusque prohiberi possit, nec ad Concilium accedat, et nihilominus ipsi DD. Priores eum eligentes incidant ipso facto in pœnam 50. Lib. Den: pro quolibet Communi Dulcinij applicandarum, et ipse electus, si in Concilio adesse voluerit ipso facto incidat in pœnam 100. Lib: Den: dicto Communi applicandarum, et Major Septuaginta Annis Concilianus non teneatur venire ad Concilium, nisi voluerit, et ubi plures essent in una Domo, major ipsorum possit eligi in Concilianum, et de alio ex illis facta electio non teneat ut supra; nec aliquis de Concilio esse possit, nisi inter Concilianos ut supra obtineatur, et si alio modo, vel via de illo esse voluerit, admittatur, et ipso facto incidat in pœnam 100. Lib: Den: dicto Communi applicandarum, debitoque modo electus, antequam inter Concilianos describatur, et in Concilio adesse possit jurare teneatur in Manibus DD. Priorum Cancellario dicti Communis deferente fideliter, et legaliter se gerere bona fide, et sine aliqua fraude, et Credentias, seu Secreta di imposita pro Communi Dulcinij non manifestare, et super capitibus propositis bene, et legaliter, sicut ei melius visum fuerit pro honore et bono Statu Communis Populi Civitatis Dulcinij consulere, et quod magis utile Communi Dulcinij videbitur, quantum in ipso erit obtinere. Qui Conciliani teneantur, et debeant venire ad Concilium post ultimum sonum Campanæ tribus vicibus pulsatæ una vice vel de Sero, alijs diebus in die sequenti, et si celeritas casus occurrentis requirat etiam, quod eadem die tribus vicibus pulsetur, post ultimum sonum venire teneantur,

et quicunque Concilianus non venerit, in penas quinque solidorum
Venetorum ipso facto quatt. vice incidat Monti Pietatis applicand.
quae pena non intelligatur remissa, donec illas non solverit, et
extractus ad aliqd Officium d.a pena intelligatur non soluta illo Offi=
cio potiri non possit, sed lacerentur, et alius de Bussolo Specciolato=
nus extrahatur, seu jam extractus admittatur, nullusque de cujus
negotio tractetur in d.o Concilio permanere possit, et si permanens
erit non valeat quidquid super suo facto in favore ipsius fuerit de=
liberatum, et nihilominus incidat in penas 10. lib. Ven: Coi
Bulg.i ipso facto applicandis, et super quatt. proposita tres de
Concilianis ad minus consulere debeant, qui in eorum dictis
utantur brevitate, et ad alia materia, nisi ad proposita se non
extendant, et quidquid extra proposita dixerint, non describatur,
et incidant in penas quinque solidorum Coi Bulg.i applicandis,
et nullus Consultor, seu Concionator consulendo, seu concionan=
do super proposito dicat id, quod alius dixerit, et contrafaciens
pro quatt. vice in solidos quinque Ven: Coi Bulg.i conda=
// mnetur, // et integrum Concilium esse intelligatur, quotiens adfu=
// erint Quinquaginta Conciliani // et siquis de Concilianis
Credentias aliquas manifestaverit, solvat Coi Bulg.i 25. lib:
Ven:, et ipso Concilio ipso facto privatus intelligatur per tres
Annos, et nullum officium habere possit in d.a Civitate per
d.m tempus, et quidquid deliberabitur, reformabitur, vel provide=
bitur in d.o Concilio debeat obtineri per duas partes adstantium
D.D. Priorum, et Concilianorum, nisi aliter in aliquo casu specialiter
provisum fuerit.

De his, qui non tenentur venire ad Concilium

Caput XXIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis steterit extra Civitatem, quando pulsat Campana de sero, seu prima vice ad Concilium, vel si esset paratus ire foras, vel si esset infirmus, vel esset in Nuptiis, vel alio justo impedimento impeditus, vel esset major 70. Annorum, non teneatur venire ad Concilium, nec teneatur ad penam, et de predictis stetur sacramento suo et quilibet de Conciliariis licentiam de non veniendo ad Concilium per dictos Priores, qui pro tempore fuerint obtinere possit, et cuilibet ex dictis DD.s Prioribus de licentia data credatur.

De Authoritate, et Potestate Concilii

Caput XXIV.

// De Auctoritate Concilii tantum ob causam libentius dicimus, non ut ei
// majorem auctoritatem attribuamus, sed ut que alia fuerit a primordio Civi-
// tatis Fulginii nemo, nobis scribentibus, ignoraret; Statuimus igitur, et ordina-
// mus, quod Concilium dicte Civitatis possit omne id tractare, ordinare, deliberare
// disponere, statuere, et reformare posset, et quidquid tractatum, ordinatum,
// deliberatum, dispositum, statutum, et reformatum in toto integro Populo pre-
// dicto. Possitque tractare, et deliberare de Collecta imponenda, et exi-
// genda, et de quibuscumque expensis faciendis, pro quibus Collectas impo-
// nere possit modo, et forma, quibus ipsi in Concilio videbitur, et placebit et
// de electione Domini Potestatis, et ejus Officialium, qui pro tempore fuer-
// erint dicte Civitatis, et aliorum Officiis ejusdem Civitatis, Castrorum, et Comi-
// tatus ejusdem, et de immunitate concedenda alicui ex dicta Civitate, vel
// Territorio, vel alicui Forensi in perpetuum, vel ad tempus &c.; Possitque

habeant, stent pro famulis, ut s.a omnes illi, qui fecerint d.a Officia ita quod omnes onus hui: subeant, et si electi per dd.s Priores, vel alios Officiales d.i Cor.s mutari non possint, et si mutentur, mutatio non valeat ipso jure; teneantur etiam dd.i Syndici, et Massari omnia alia facere, et exequi, quæ hactenus facere soliti sunt ad omnem simplicem requisitionem dd.i Prioris, et omnium Officialium d.i Cor.s sub jam d.a pæna d.i Cor.i, ut s.a applicanda. Declarantes, quod nullas Citationes, nullasque Præceptorum, aut aliarum quarumque Scripturarum facere teneantur dd.i Syndici, et Massari.

// De Caput Consulibus, et Aliis Officialibus, Consulibus Societatum Civitatis Ilcinii //

Caput XXXV.

Quoniam ad regendum Homines Societatum, quæ in Civitate Ilcinii ab antiquo deputatæ sunt, quæ Societates totam Civitatem distinguunt, et pro faciendis Factionibus occurrentibus facile omnes reperiendo modum præstant Officiales in eis deputari convenit, et retroactis temporibus in eis deputari solitos esse reperimus. Statuimus, et ordinamus, quod in qualibet Societate prædictarum deputentur maxime Caput Consul unus de Concilio Centumvirali, et duo Consules de aliis non Conciliariis, p.t hactenus convenit, qui curam habeant omnium faciendorum in dd.s Societatibus, præsertimque onus subeant exigendi omnium Pecuniarum Summas, quæ imponi contigerit eisdem quaque ex causa in Comuni solvendas, et omnia alia subeant onera generalis, et indistincte, quæ occurrent sub quaque ex caussa in

etiam tractare, disponere, et deliberare de Civilitate concedenda cuique ipsi videbitur gratis, vel pretio soluto, et de alienatione, hypotecatione in perpetuum, vel ad tempus, vel alio quovis modo bonorum stabilium, vel mobilium, Iurium, vel actionum, vel Iurisdictionum, quae, et quas dd. Commune habet in d.a Civit.e, et in singulis Villis, et Castris Comitatus Fulginii, vel alibi de oneribus subeundis per aliquas particulares personas dictae Civitatis, vel ejus Comitatus, et Districtus, ad quas onus illud magis spectare ipsi videbitur, et nomine d.i Cons.s, et Populi quoscunque Proores unum, vel plures, et ubicunque videbitur, et placebit constituere, quasque lites, et caussas assumere, movere, et finire nomine d.i Cons.s, et Populi cum quibuscunque, et in quaque curia, et loco, vices, potestatem et auctoritatem ipsiusmet Concilii pro aliquo negotio vel caussa, vel etiam generaliter aliquibus particularibus Personis, seu etiam particulari personae dare, concedere, et demandare. Damnum dantibus in Territorio, Comitatu, et Districtu d.ae Civitatis quomodoque et qualitercunque penas, pro temporis occasione fuadebit, et ipsi videbitur augere, vel minuere possit et incursas in totum, vel in partem exigere, vel remittere, aestimationem juxta formam statutorum pro Dno cui datum damnum extitit factam ad veram, et communem aestimationem reducere possit, et de omnibus aliis factis negotiis necessariis, et expedientibus quomodoque, et qualitercunque d.o Cons.i, et Populo tractare, ordinare, et deliberare, et prohibitiones, seu reformationes quasque etiam sub penis quibusque videbitur applicandis, sicut hucusque fecit, constituere, et facere possit. De Condemnationibus tam aliis ad Cameram pertinentibus, Bannis, et Processibus in perpetuum, vel ad tempus remittendis, cassandis, vel suspendendis, vel tollerandis se intromittere debeat.

Bi Novem Viris

B.

De Novem Viris, et eorum Juramento, et Officio

Caput XXV.

Quià principijs opportunum occurrere visus est, ideò statuimus, et ordinamus, nè per inordinatas propositas damnum Coi, vel periculum subsequatur, qd sint, et esse debeant Novem Viri, qui sint, et esse debeant dè Numero Conciliariorum, et eorum, qui fuerint imbussolati in loco Caput Prioris, et electio dè alijs facta sit nulla, et extractis, qui fuerint dè alio ordine, seù gradu careant, et alius extrahat in locum illius, et nihilominus Imbussolatores incidant in pœna 25. lib: den: prò quolibet Coi Fulginij ipso facto applicand, quorum tres extrahantur in qualibet extractione facienda dd. dd. Priorum, et eorum officium duret per sex menses, ità qd semper sint Novem Viri sex dè veteribus, et tres dè novo extracti, qui quoties ipsis dd. Prioribus aliqd negotium occurrerit, sono Campanæ vocentur tribus ictibus pulsatis, qui teneantur ad d. sonum Campanæ ire ad Palatium, et consulere super propositis illis factis, ut videbitur expedire, et utile esse Communi, et vel, super qua proposita facta fuit; et dd. Priores non possint, nec debeant Concilium dæ Civitatis convocare, nisi prius inter ipsos dd. Priores, et Novem Viros præfatos dè illo convocando deliberatum fuerit sub pœna 25. lib: den: prò quolibet ex dictis Dnis Prioribus incurrenda ipso facto, et Coi Fulginij applicanda, nisi in casibus expressis sa. in Cap.o dè dd. Prioribus, nec aliquas Propositas facere possint in Concilio præfati dd. Priores, nisi prius illa per Balluctas, seù Fabas prò majori parte inter ipsos dd. Priores, et Novem Viros deliberata, et approbata fuerit sub ja dæ pœna. et quicquid deliberatum fuerit forma prædæ non servata, non valeat, nec teneat nec habeat roboris firmitatem. Nec præfati Dni Priores super propositis

C. factis ~~partium~~, ~~nec~~ partitum, nec # aliquo in Concilio Balluctando ~~a~~ ~~vi~~ # avengam

43v

accipiant, nisi inter ipsos DD. Priores, et Novem Viros de ea accipienda et Balluctanda ut supra deliberatum fuerit sub pena dd. penis, et dd. Novem Virorum sufficiens Numerus pro predictis expediendis esse intelligatur, dummodo intervenient tres ad minus, et alii post dictum sonum Campane per aliquod spatium arbitrio ipsorum DD. Priorum, et aliorum trium de Novem Viris, qui accesserunt expectati fuerint, tribus vero de dd. Novem Viris non intervenientibus, nihil per prefatos DD. Priores deliberari possit et si deliberatum fuerit, non teneat ipso Iure, et quilibet ipsorum ipso facto incidat in penam 24. lib. Den: Cor: Bulg.e applicandam, et quilibet ipsorum juret ad Sancta Dei evangelia, corporaliter tactis Scripturis, ipsorum Officium facere bona fide, et non deliberare, nec approbare aliquam Propositam, quam non videat ad Communitatis utilitatem redundare.

De Conservatoribus Legum, et eorum Officio, et Juramento

Caput XXVI.

Non solum est Reipublicae perniciosum, verum ab ejus dignitate valde alienum, ut aliorum premeditatis suasionibus, et importunis postulationibus Leges abrogentur, statuimus, et ordinamus, ut Cives ad conficiendum Bussolum DD. Priorum, vel alii a Mag.co Concilio deputandi eligant aliquot Cives, qui sint de Ordine, et Numero Caput Priorum, quos, et quorum nomina in Brevicculis, sive Cartulis per Cancellarium Com.is tenorem describi faciant, Bussolumque ex eis conficiant, illumque DD. Prioribus, et Cancellario consignent. Reponendum per eos in Capsa Officiorum Comis, et tempore extractionis faciendae de Magistratu DD. Priorum ceterisque Officiis per Mag.cum Dominum Gubernatorem, in ejus absentia per Caput Priorem d.e Civitatis extrahatur unum ex dd. Brevicculis continentis nomina trium Civium, qui nomen, et Officium Conservatorum Legum assequantur pro uno Semestre incipiendo in Kalendis

Mensis Ianuarii, vel in Kalendis Mensis Iulii; qui in princi=
pio eorum officii coram Magnifico Dño Gubernatore, DD.s Prioribus
d.æ Civitatis, et in manibus Cancellarii, juxta formam traditam in
Capitulo de Novem Viris solitum excipiant Iuramentum; Penesque
altera ex Clavibus Capsettæ Tamburi esse debeant, et in dicti Tam=
buri aperitione ordinaria, sive extraordinaria, et in cujuslibet
Magistratus, et Officiorum extractione debeant per DD.s Priores vocari
per unum de eorum Familia pro certis die, et hora, dictique Cives,
et Legum Conservatores comparere teneantur, et in prædictis, et quolt
prædictorum interesse, nisi legitimo excusentur impedimento sub pœna
Librarum decem Denariorum à quolibet ipsorum Contrafaciente au=
ferendorum, et Communi Fulginii applicandorum. Declarantes, quod
propter eorum, vel alicujus ipsorum absentiam, vel contumaciam, actiones, sive
executiones prædictæ retardari, vel impediri non possint. debeant, et
teneantur Conservatores prædicti, aut eorum duo, vel unus, qui præsen=
tes, seu præsens fuerit, tam in discutiendis apodixis de tamburo rece=
ptis in Magistratus, et Officiorum extractione, quam in Concilio Centum=
virali, dum contigerit celebrari pro viribus curare, ne quid contra le=
ges fiat, aut tractetur; Possintque coram DD.s Prioribus Legum inobservan=
tiam protestari; Teneantur insuper, et debeant Indulta, et Privile=
gia à Romanis Pontificibus, et Superioribus per Communitatem Fulginii
obtenta, tam Magnifico Dño Gubernatori, quam Potestati, aliisque Offia=
libus d.æ Civitatis intimare, et intimari facere, et eorum observan=
tiam petere, et de eorum inobservantia debitis modo, et forma
protestari; et denique in omnibus concernentibus Leges, et ipsius
Reipublicæ conservationem sit, et intelligatur DD.s Civibus omnis Cura,
et plenaria auctoritas demandata.

44v

De Officio, Jurisdictione, et Juramento Viginti de Numero

Caput XXVII.

Comte Civitj Vulg.te institu= tis, et ordinatis

Quia experientia comprobatum est Numerum Viginti Proborum Vi= rorum # ad reprimenda flagitiosorum insolentias, Justitiaque, ac pacem in ipsa Civitate conservanda, et ad Officium Ill.mi D.ni N.ri favorem plurimum prodesse ad premissa d. Numerum, et Officium Viginti Viro= rum in d.a Civitate, statuimus perpetuo esse, prout hactenus con= suetum est, et ad idem Officium Viros Probos annuatim eligi, qui as= sidue, et omni tempore de omnibus rebus publicis, et de illis, quæ ad pu= blicas utilitates, et quietem pertinent, consulere, et providere possint, vo= lumus, et decernimus. et ut quæ agenda, aut expedienda reman= serint in d.o Officio anni precedentis plane sciant, quolibet Anno re= maneant in eo quinque ex illis, qui proximo elapso Anno fuerunt in Officio eligendi videlicet dicti quinque per suffragia more solito inter ipsos, et per ipsos probos Viginti Viros de Numero cum presentia, et suffragio D.ni Gubernatoris, seu Comitis d.æ Civitatis pro tempore exi= stentis. Alii vero Quindecim eligantur, et eligi debeant per Comitem et Concilium Centumvirale modo, et forma consuetis. Qui sic electi statim in eodem Concilio in manibus DD. Priorum prestare teneantur, et debeant Juramentum de exercendo officium legaliter, et fideliter in forma, corporaliter manu tactis Scripturis, et quoniam ad repressionem, et punitionem Malorum officialium vires tempore non sufficiunt, volu= mus, et decernimus, Viros predictos de Viginti obligatos esse, et te= neri ad omnem requisitionem Gubernatoris, seu Comitis pro tempore existentis personaliter etiam cum Armis, si opus fuerit, et personis per eos vocandis Curiæ, et Officiis adsistere, liceatque ipsis Viginti de

Numero, et cuilibet ipsorum mandare cuicunque sub pœna pe=cuniaria de qua eis videbitur, dummodo summam viginti quinque Ducatorum non excedat, ut armatis sequatur, possintque dictam pœnam de facto exigere, et exigi facere, quæ Communi dictæ Civitatis applicetur, et à præmissis ratione consanguinitatis, vel affinitatis nullus valeat excusari, aut se tueri, et liceat illis, qui in dicto Numero descripti fuerint, quandocunque visum fuerit scribere de rebus publicis, et quæ quietem Civitatis, Justitiæ cultum, ipsorumque officium concernunt, cuicunque expediens indicabitur, Sygillisque Communitatis ad libitum pro prædictis uti, Prioresque pro tempore existentes teneantur quo=ties à Priore, et à duobus, vel tribus aliis de Numero prædicto fuerint illius nomine requisiti ad sygillandas quasque literas, et inspe=ctiones, absque eo quod sciant, et requirant, quid in illis contineatur, aut ad quem effectum, vel ob quam caussam scribantur, aut mittantur, et ad effectum prædictum Sygilla tradere sub pœna, et ad pœnam 25. Ducatorum Auri pro quolibet contrafaciente, repugnante, differen=te, vel replicante, quæ pœna toties incurratur, quoties fuerit contra=factum, et exequatur de facto absque aliquo Processu, et applicetur dicto Communi; et de contrafaciente, repugnatione, replicatione, vel dilatione credatur ipsi Priori, et duobus, vel tribus de ipso Numero cum eorum Juramento. Teneanturque Gubernator, vel Comites pro tempore cum primum id illi fuerit per prædictos denunciatum, dictam pœnam exigere dicto Communi fine Officii Prioratus minime expectato, Statutis, Privilegiis, Indultis, et Consuetudinibus dictæ Civitatis de Priorum immunitate, et Officio, et præ=rogativis loquentibus minime obstantibus, et quoniam facile evenire posset,

ut Viginti præfati pro mittendis nunciis, aut pro aliqua executio=
ne contra Banditos, exules, et facinorosos, aut aliqua alia re
eorum officio incumbente, et publicam utilitatem concernente facien=
da, et expedienda opus esset habere unam, vel plures ex Clavibus
Portarum d.æ Civitatis in die, vel in Nocte, statuimus, et ordinamus,
Priores, seu Priorem, vel alium quemque dd. Claves tenentes, et servan=
tes teneri ad illas dandas, et tradendas quocunque fuerint à d.o Nume=
ro, vel ejus Priore, et duobus aliis, aut tribus ut s.a requisiti, seu eo=
rum aliquis requisitus sub pœna præd.a 25. Ducatorum incurrenda,
exigenda, et applicanda, ut s.a et credatur ut s.a dictum est; statuimus,
et ordinamus, Priores, seu quemlibet alium de d.o Numero, qui Claves
dd. acceperit pro missione in Civitate alicujus Rebellis, exulis, aut
Banditi, effectu etiam non secuto, teneri ipso facto ad pœnam Confiscatio=
nis omnium bonorum, ac exilii perpetui ab ipsa Civit.e Bulg.e, et ejus
Comitatu, Fortia, et Districtu, quæ pœna bonorum Confiscationis d.o Com=
muni applicetur, si quis autem ex Viginti prædictis odio, amore, præ=
ce, pretio, aut aliquo alio effectu in odium, vel favorem alicujus ali=
quid ex his, quæ in eorum Numero, et Concilio pro secretis tractabuntur,
et deliberari, ac ordinari contigerint revelaverint, verbo, vel litte=
ris, nuncio, vel signis, aut aliis quomodocunque, et qualitercunque, et
de illis cum aliis, quam cum illis de d.o Numero, et ejus Collegiis locutus
fuerit perjurii, ac privationis omnium Officiorum, et perpetuæ infa=
miæ, et 25. Ducatorum prædd. pœnas ipso facto incurrat, dictaque
pœna pecuniaria exigatur, et applicetur, ut s.a, ceteraque perpetuo om=
ni privilegio, et dignitate Civitatis, et si quis aliquem prædictorum Viginti
de Numero, durante Officio ex quacunque caussa, aut finito Officio
ex caussa Officii personaliter offendat, etiam morte, aut membrorum

mutilatione n̄ secuta, pœnas rebellionis, et confiscationis bonorum ipso facto incurrat, et perpetuo ab ipsa Civitate exulet, omni resti= tutionis # sublata, si minis, aut verbis contumeliosis affecerit in Offi= cio, vel post ex causa ut s.a ultra Iuris, et Statutorum pœnas constitu= tionum in Centum Florenis Auri Cam: Ap: applicandis mulctetur, con= trariis n̄ obstantibus quibusque; Statuimus etiam, et ordinamus, qd Con= sanguinei, et Affines omnium præd. delinquentium usque in 3tium gradum sdm Ius Canonicum computandi cogantur ipso facto ad redimendum bona, ut s.a confiscata, casu occurrente, et Patres prò Filiis usque ad summam legitimæ ipso facto teneantur; et si indurati per duos men= ses solvere modo aliquo distulerint, ad solutionem dupli absque ali= qua ulteriori mora cogantur, statuentes, et ordinantes, qd in principiis Officii dd. Viginti de Numero, et præstito Iuramento, ut s.a fiant pro= clamata per loca solita gnalia, et consueta d.æ Civitatis Fulginiæ, et publicentur nomina omnium dd. Viginti de Numero, intimando omi= nium nomina, qui ad d. Officium fuerint deputati cum omnibus, et sin= gulis supradictis pœnis promulgatis, ut s.a contra eos offendentes, ut s.a et eis n̄ parentes, et impedientes à Civibus de Numero Censuræ, specialiter à SSmo Dño Nro prò tempore existente, qd omnes revelantes ordinata in dicto Numero, ut s.a est expressum, incidant in # pœnas excommuni= cationis latæ sententiæ ipso facto, à qua absolvi n̄ possint, nisi expressa caussa à SSmo Dño Nro prò tempore existente, vel ejus Legato in Pro= vincia Umbriæ deputato, ab alio v.o absolvi n̄ possint, nisi mortis arti= culo. Addentes, qd ubi in d.o Numero tractari contigerit de re spectante ad aliquem de ipso Numero, vel etiam Familias, et Consanguineum, vel Affinem primi Gradus sdm Computationem Iuris Canonici, debeant, dicto

Spe

Ut apparet Bulla Ur= bani VIII. @ 171.

Numero durante, d.° Tractatu recedere sub pœna privationis Officii.

// De Cancellario, Notario Reformationum // // Civitatis Fulginii, ejusque Officio, et // // Obligationibus //

Caput XXVIII.

Cancellarius, Notarius, Reformationum Civitatis Fulginei in principio sui Officii præstare teneatur, corporaliter manu tactis Scripturis, de exercendo officium bene, et fideliter, et legaliter Juramentum in forma in manibus DD. Priorum pro tempore existentium, et idoneam cautionem ad minus Scutorum - - - - - - - - - Auri in auro de faciendis, observandis, et satisfaciendis omnibus infrascriptis, sitq.: et esse debeat Notarius expertus, Scriptor Bonus, Bonæ Conditionis, et Famæ, Legalitate, Fide, Virtute, et Bonis Moribus decoratus, et teneatur, et debeat Scribere primo in Quaternis, seu Bastardellis, inde accuratius transcribere in Libris Magnis Cancellariæ, seu Archyvii d.æ Communitatis omnes deliberationes, et reformationes, et quidquid deliberabitur, et reformabitur per DD. Priores, et Concilium Populi d.æ Civitatis Fulginei, DD. Priores, et Novem Viros, Nobiles Viginti de Numero, et omnes alias Præfecturas d.æ Civitatis hactenus ordinatas, et in futurum perpetuo ordinandas infra octo dies currentes a die, quo deliberatum, et ordinatum fuerit, et quamlibet Apodissam de Tamburo extractas in d.° Concilio obtinenda, et omnia Mandata, omnesque Bullectas pro quibusvis Solutionibus pecuniarum quavis de caussa faciendis, et rogitus recipere de omnibus, et singulis occurrentibus d.° Communi, et ea in Protocollis per extensum redigere; omnes, et quasque Litteras missivas nomine publico cuilibet dirigendas, quæcunque ex

caussa, et omnes alias Scripturas, ac rogitus, et sive quomodocumque ad offitium Cancellariatus, et reformationum spectantes, et pertinentes quomodocunque, qualitercunque, et quacunque de caussa, dummodo non sit contra utilitatem, et deliberationes, et Reformationes, et Statuta d.e Civitatis, ejusque Communitatis; Teneatur etiam, et debeat facere copiam omnium praedd. etiam suorum praedecessorum tempore confectorum cuilibet petenti in publicam formam sine aliquo praejudicio, salvo, quod si esset Scriptura, Apodissa, vel Reformatio, et Rogitus, obtenta, stipulata, et facta sub juramento de non revelando, et quorum propalatio esse posset in praejudicium d.e Communitatis, quod tunc non teneatur, nec debeat ipsorum Copiam facere, nec dare, nisi cum licentia Centumviralis Concilii, et Secreta, et Credentias eidem imposita, et impositas, et omnia Ornamenta d.i Concilii Officialium, et Praefecturarum quarumcunque, quae sint tenenda, decreta nulli pandat, nec debeat de d.a Civitate se absentare, nec aliqualiter recedere, nisi de expressa licentia d.i Concilii, et tunc pro tempore absentiae Substitutum idoneum, à Concilio approbatum dimittere teneatur; Teneatur etiam recipere omnes Supplicationes in d.o Concilio proponendas, quatenus ex caussa sine aliqua mercede, et inde si alias obtinere contigerit, habeat Grossum Unum pro quatenus persona Particulari, et non plus etiam, si essent in una supplicatione plures Oratores simul viventes, et ex eadem Familia, ubi autem essent duo, et ultra ex diversis familiis Julium Unum, et pro qualibet Universitate Julium unum cum dimidio alterius Julii Monetae currentis solvendum tempore

expeditionis dd. Supplicationum, et non anteà, nec aliis, nec alio modo; pro Litteris etiam Missivis ad instantiam particularium Personarum, et Universitatum quarumque desmodi non in casibus prohibitis, et qualibet alicujus Civis in ordine Prioratus aggregatione, et novi Civis creatione nihil percipere possit, nec debeat, salva mercede prædd. Supplicationis. Teneatur etiam, et debeat præmissa omnia in dd. Quaternis, Bastardellis, et Libris Magnis postea transcripta publicare prout hactenus consuevit, nec ultra Salarium sibi à Camera Apostolica solvendum modis, et formis hactenus consuetis aliquid recipiat à Communi, seù speciali Persona quaque ex causa, nisi pro legalitate Grossetum Unum, declarando, quod si plures Instrumentis unius Notarii insimul injunctis eam faceret, petere non possit, nisi Grossum Unum. et prædicta omnia, et singula teneatur observare, et contra non facere quovis quæsito colore sub pœna Iuramenti per eum præstiti, et vigintiquinque Scutorum Auri à se, et dicto suo Fidejussore de facto, et absque alia declaratione auferendi, et dicto Communi applicandi vice qualibet, de quibus credatur Iuramento querelantium, cum unico tamen Teste, et possit propterea etiam ab officio removeri. Statuentes desuper, quod cuilibet Copiæ publicæ ex præmissis extrahendæ nihil opponi possit ratione sollemnitatum, et substantialium quomodolibet non servatorum, sed fides plenaria in Iudicio, et extra adhibeatur, et opponens nullatenus audiatur.

// De Camerario Communis Civitatis Fulginii, //
// et ejus Officio, et Obligationibus //

// Caput XXIX. //

Item dicimus, et ordinamus, qd Camerarius Civitatis Fulginii Eli=
gi debeat, et deputari in Concilio Centumvirali dtæ Civitatis more
solito, et consueto prò unico Anno tantùm, Vir Probus, Bonæque
Conscientiæ, Bonæ Conditionis, et famæ, Ætatis ad minus Annorum
Triginta, cum salario Florenorum Sexaginta hactenus consueto
Monetæ Marchiæ, qd salarium eidem Camerario augeri nullo mo=
do possit, et quidquid in contrarium fiat nullum sit ipso Iure, et
solvatur eidem modis, et formis hactenus observatis, prò rata tem
temporis, quo servierit, teneatur, et debeat in principio sui
Officii præstare in manibus DD. Priorum, qui prò tempore erunt,
Iuramentum in forma de fidelis, et legalis suum Officium e=
xercendo, et idoneam cautionem in forma depositi cum obligatione
in Ampliori forma Cam. Aplicæ prò summa, et quantitate
Scutorum Quingentorum Auri de stando ad Syndicatus, finito Officio,
rationem administrationis sui Officii reddendo, et reliqua resti=
tuendo, satisfaciendoque dtæ Coi de omni Interesse passo, et in=
curso, et pecunias dti Cois, quæ ad manus suas pervenerint, benè
et sollicitè custodire, et non expendere, nisi modis, et forma sibi
à Concilio Centumvirali traditis, vel auctoritate habentibus ab ipso
Concilio, et duos libros facere, et in eorum altero scribere omnes
Introitus, et Proventus dtæ Cois, et omnes Pecunias, et Denarios, et omnia,
quæ ad ejus manus pervenient et in qua Moneta, et in qua
reddantur, et à quibus, et quo die, et quo mense, in qua quantitate
et in qua summa; et in alio omnes expensas, seu exitus, in

qua summa et quantitate, quod est, et in qua Mta, cui, et cujus mandato, et caussa, conscribendo omnia in eisdem Libris, quæ receperit, et indicando, quæ solverit, et expenderit, ita quod tempore Syndicatus clare, et aperte inveniantur scripti, et remanere debeant in Cancellaria Comunis Bulgri Syndicatu peracto. et Priores Civitatis Bulgri qui pro tempore fuerint, teneantur, et debeant vinculo Iuramenti, et 25. Lib: Ven: pœna pro quolibet infra octo dies à principio eorum Officii sollicite requirere, et requiri facere Computa à dicto Camerario, et idem Camerarius eisdem dictis Prioribus vinculo Iuramenti, ac pœna dd. 25. Lib: Ven: teneatur, et debeat computum de prædictis dare, et assignare et ipsum Computum singulorum omnium Introituum et exituum prædictorum subscribi, et reduci facere per Cancellarium Comunis, et reportari, et scribi in Libris Magnis Archyvii, et postea in primo Concilio, quod fiet post dictum Computum legi facere teneantur, ita quod in principio Officii dictorum Priorum infra dictum tempus de duobus mensibus in duos menses successive dictum Computum audiatur in dicto Concilio, et à dicto Camerario recipiatur prout superius est expressum. et ad hoc ut æqualitas servetur, statuimus, quod Camerarius prædictus teneatur, et debeat vinculo Iuramenti satisfacere omnibus qui Appodissas Crediti habent à Comuni, et primo habenti Appodissas prius satisfaciat sub dicta pœna perjurii, et 25. Lib: Ven: de suo salario Comuni Bulgri applicandis. Ordinamus etiam, quod dictus Camerarius teneatur solvere Monetam quamlibet ad rationem quam ipse receperit, et quod si contingat ipsum aliquod Cambium facere de dicta Moneta, et ex illo utilitatem consequi, eam ponere ad Introitum dicti

Coïs teneatur sub vinculo Iuramenti, et 100. Lib: Ren: pœna ipso
facto Coï Bulg.ae applicanda. Et si quis plus debito, jam debitum
caussa solutum petierit, ipso facto pœna 100. Lib: Ren: vice
qualibet incurrat d.o Coï applicanda. Teneatur etiam, et debeat idem
Camerarius vinculo Iuramenti, et pœna amissionis totius sui
Salarii, et de reficiendo dicto Comuni omnia damna, expensas,
et interesse quomodolibet incurrenda, et patienda per d.m Com=
mune exigere omnia, et singula Credita d.i Coïs quacunque ex
caussa infra mensem à die consignationis sibi factæ, nemini re=
spectu habendo, donec fuerit integraliter satisfactus, invocando
ad hoc, si opus fuerit, auxilium Brachii D.ni Gubernatoris, et
Potestatis, et aliorum Officialium pro tempore existentium in d.a Civit.e
et exacta ad Librum Introitus scribere, et sollicite concordare om=
nes Creditores d.i Comunis, et maxime agentes pro Cam.a Ap.lica, ita
et taliter, quod nullum interesse executionis, vel Viatici nullæque aliæ
expensæ, nullaque damna Comuni eveniant, alias dictus Camerarius,
et ejus Fidejussor emanare teneatur omnino, et curam ponere,
et intendere circa manutentionem, conservationem, et recuperationem
Bonorum, et Rerum d.i Coïs, et specialiter Molendinorum Inferioris, et Su=
perioris d.i Coïs, et Aggerum, seu clusarum arcaturarum, domorum, et
Palatii ditorum Prioris, et omnium aliorum dominiorum d.i Coïs, et omni=
um rerum spectantium ad munitionem d.i Coïs, et sit sollicitus, et atten=
tus, quod d.a Molendina, domus, Palatium, et res aliæ deperire, de=
vastari, vel perdi non possint, aut inutiles fieri, immo aptare, repara=
re, et sine vitio, ac labe aliquiter sint, et permaneant, faciendo

43v

expensas pro domus manutentione, conservatione, et reparatione quo=modolibet necessarias intimatas prius Concilio Centumvirali. Finito vo. Anno, et Officio stet ad Syndicatum per Octo dies continuos, et fiant in principio Proclamata per Civitatem, et Comit.s, Fortiz, et Districtus ejusdem avvisent de d.o Syndicatu, et continuo recipiant querelas per quatuor dies, et in reliquis omnium resolutio fiat Pro, vel Contra Camerarium, prout Justitia suadebit, et ad Syndicatum eligant in d.o Concilio Quatuor Conciliarii Probi Ratiocinatores, et alii experti, qui in premissis, qd Juri consonum fuerit termi=nant, et decident, Deum dumtaxat pre oculis habentes, statuen=tes insuper, qd premissa inviolabiliter observent, et quidquid in contrarium fiat, nullius sit roboris, efficacie, vel Momenti.

De Magistro Domus, et Familia Dominorum Priorum

Caput XXX.

Quonia ubi multitudo, ibi confusio esse solet ad obviandum, ne in Pa=latio inter Famulos, et Familia DD. Priorum inordinatu aliquid inveni=ri possit; Statuimus, et ordinamus, qd pro servitio DD. Priorum, et Commu=nitatis sit, et esse debeat unus probus Vir perpetuo Nomine Magister Domus eorundem DD. Priorum, prout hactenus esse consuevit eligendus more solito, ubi opus fuerit, in Concilio Centumvirali, cum Salario, e=molumentis, Honoribus, et Oneribus solitis, et consuetis, qui Magister Domus sit, et esse debeat, sicut decet Caput totius Familie predicte, et ei=dem omnes alii Familiares, et Salariati servientes dd.s DD.s Prioribus in eorum Palatio perpetui Commensales parere, et obedire teneantur

omninò prò omnib., et singulis d. Palatii occurrentiis, et sui Magistratus,
Domus, Officii, alias incidat in pœna ipso facto arbitrio dd. DD. Priorum
prò tempore existentium, qui Famuli, Familiares, et Servientes prædicti
sint, et esse debeant in numero competenti, et arbitrio Mag.ci Concilii eli=
gantur in eodd. Concilio, et inter eos sint, et esse debeant quatuor Tubicines
idonei, et in arte Tubandi exercitati, et experti cum salariis, emolumen=
tis, honorib., et oneribus consuetis, et in Com.i ad una mensa ipsis deputa=
tas comedere, inhibentes DD. Priorib., ne dare possint eisdem, vel alicui
eorum particulas separatas sub pœna amissionis grani, et centum lib: den:
applicandas ipsi Communi, qui Magister Domus, Tubicines, et alii Fa=
muli præfati teneantur, et debeant omnib. horis convenientib., et quib.
opus erit in Palatio prædicto stare, et permanere prò servitiis occurren=
tib. d. Com.is et DD. Priorum, sub pœna prò quolibet quinque lib: den:
d. Com.i applicandas, retinendas de eorum, et cujusque eorum salario, et d.s
Magister Domus teneatur, et debeat ordinare omnes expensas quotidi=
anas, et illas facere prò victu DD. Priorum, et Familiæ eorum congrua=
enter, et laudabiliter, et in transitu alicujus Prælati, Superioris, et
cujusvis D.ni temporalis per d. Civitatem, arbitrio tn. DD. Priorum assi=
stere teneatur, et obsequi omnib. in his, et aliis mandatis, ordinationi=
b. d. Comm.is, et DD. Priorum prò tempore existentium, et aliud salarium
consequi non possit, nec debeat, et sit illo privatus ipso facto d. Comm.i
applicandum, et possit ab Officio removeri; teneatur etiam, et debeat idem
Magister Domus facere listas ordinatas prò guardia facienda in d.
Palatio ante Ostium solitæ mansionis DD. Priorum ordinando illas; item
teneantur, et debeant prædicti omnes Famuli Servientes et Tubicines
comitari DD. Priores, et convocare omnes Cives, et Personas, prout sibi

50v

mandabitur à DD.s Prioribus quaque ex caussa, et non possint à d.o Pala=
tio recedere sine licentia ad minus duorum, à d.a v.o Civitate omnium
DD.rum Priorum, alias incidant ipso facto in pœna quinque Lib: Ven: ap=
plicandae d.o Comuni de eorum cuilibet Salario retinendae, qui contra=
fecerint, et teneantur ire pedestres sine mercede aliqua ad quemlibet
locum, ad quem pro Comis occurrentiis necesse esset eos mittere solos,
vel cum Ambasciatoribus quoque nomine; alias toto, quo tunc sibi de=
bitum sit privati sint Salario ipso facto, et à d.o Palatio expellantur, di=
ctumque Salarium Communi applicetur; Tubicines v.o à dicta Civitate nisi
ex caussa necessitatis non abstineantur, sed teneantur, et debeant quotidie
antea, et post Prandium, et Cœna DD.rum Priorum Tubas pulsare, et idem
facere DD.s Prioribus, et Magistratu eorum collegaliter euntibus per Civitatem,
et extra ad aliquas Processiones, Divina Officia, Missamque audi=
enda, et alia quæque loca sacra, vel non sacra propter dies Ve=
neris arbitrio DD.rum Priorum. Item teneantur, et debeant Tubicines
publicare, et præconizare omnia Banna, et Proclamata, facere
omnes Subhastationes tam d.ae Communitatis DD.rum Priorum ejusdem, et omnium
Præfecturarum nomine quam omnium, et quorumque Superiorum gratis,
et sine mercede aliqua, sed à particularibus personis modestam pos=
sint Mercedem exigere juxta casuum qualitates, nullo tamen pacto
liceat DD.s Tubicinibus pulsare d.o eorum Instrumenta penes aliquos
Superiores Prælatos, vel D. Temporale, seu alias Personam oc=
casione muneris assequendi; Contrafacientes v.o incidant in pœna
20. Lib: Ven: pro qualibet, et vice qualibet ipso facto d.o Comi applicandae,
et de eorum cujuslibet Salario retinendae, ut s.a. Teneantur etiam
idem Magister Domus conficere Inventarium, et curam habere omnium
Suppellectilium Palatii DD.rum Priorum, illaque custodire, et conservare

pro usu, et necessitate d.i Palatii; et quoniam facile evenire posset, ut d.i Famuli DD. Priorum, et maxime Tubicines, qui de consuetudine colligunt, et dant Balluctas, et Suffragia in Conciliis, fiant quandoque tenores, et substantia eorum, quae inter Concilianos, et Praefectos quoslibet, et inter Priores, et Novem Viros tractantur, statuimus, et ordinamus, quod si aliquis eorum revellaverit aliquid ex praedictis ipso facto incidat in poenam 25. lib: den: d.o Com.i applicandam, et nihilominus de d.o Palatio expellatur, et credatur accusanti cum ejus Juramento, et dicto, et Attestatione unius testis; Possit item d.a Familia, et quilibet dd. Famulorum deferre omne genus Armorum Offendibilium, et Defendibilium tam de die, quam de nocte cum lumine, vel sine quomodocunque. et quilibet teneatur portare Cappam cum Balsana Viridi Coloris, ut facile ab omnibus recognosci possit pro Famulo DD. Priorum, alias incidat in poenam praed.tas, ut s.a applicandas.

De Juramento, Officio, Jurisdictione, et Obligationibus Castellanorum, et Vicariorum Comitatus, Fortiae, et Districtus Fulginii

Caput XXXI.

Castellani, Vicarii, et Officiales Locorum Comitatus, Fortiae, et Districtus Civitatis Fulginii teneantur, et debeant in principio eorum officii jurare ad Sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter Scripturis, eorum Officium bene, et fideliter, ac legaliter exercere, remotisque ab eis odio, prece, pretio, timore, aequaliter unumquodque tractare, custodire, salvare, et manutenere Castra, Loca Fortilitia, Arces, Homines, et Jurisdictiones

51 v

conundis ad omnes utilitates Communis Fulginii, et cautiones idoneas praestare in manibus Cancellarii d.i Com.is stipulantis, et recipientis pro d.o Com.i d.a Fortilitia, et Arces d.o Communi in eodem statu reassignare, et reddere, et dd. Arces tenere, durante tempore sui Officii bene munitas omnibus rebus necessariis ad victum, et defensionem illarum, et in Fortilitiis et Arcibus continuo stare, omnia, et singula facere, et observare, ad quae tenentur de iure ex forma quorumque Capli., Styloque, et consuetudine, sub poena contenta in Caplis ipso facto d.o Communi in casu contraventionis applicandae, et pro eodem facto exigenda; Qui Castellani, Vicarii, et Officiales eligantur, confirmentur, vel extrahantur de Bussolo respectivae more solito, cum salario, emolumentis, Honoribus, et Oneribus solitis, et consuetis in Concilio Centumvirali sive de illius deliberatione, et ordine; et illorum Fideiussores in eodem Concilio approbentur per duas partes de tribus partito obtento, nec possint de dd. Locis recedere, seu ab illis absentare, vel alium loco sui ponere, ~~seu substituere~~ substituere sine expressa licentia d.i Concilii sub jam d.a poena; Ad hoc autem, ne Subditi ab Officialibus praedictis indebite opprimantur, statuimus, et ordinamus, quod quilibet Castellanus ut hactenus dicere solitus est Vicarius, et Officiales praefati possint, et ipsis liceat audire, et decidere omnes caussas civiles contra personas suae Iurisdictionis usque ad summam Florenorum quatuor M.ce Marchiae, et non ultra summarie, simpliciter, et de plano sine strepitu, et figura Iudicii, nisi ex partium concordia usque ad summam Florenorum 10. similium, et non ultra, alias incidat in poenam duorum Ducatorum Auri d.o Com.i applicandorum ipso facto, et nullum nihilominus, et invalidum sit quidquid fecerit etiam partibus volentibus, et

consentientibus fiat, et debeat procedere, facta prius una citatione personali, vel bina domi cum intervallo unius diei; et facta tali quali petitione redigenda, seu scribenda per eos comparen=te, confitente statuat Reo di terminum trium dierum ad solvendum, quo elapso, et solutione non facta executionem faciant reales, et persona=les arbitrio Creditoris; si vero non comparuerit pro summa petita, et expen=sis executionem relaxent contra ejus bona, et ubi fieri non possit executio in bonis, faciant in Persona; si autem comparuerit, et negaverit termi=nus, statuant ad probandum, et procedant, et terminent ut supra. Et possit, et eis liceat facere quamlibet executionem infra fines sue Iurisdictionis per Bullectas extractas, et alias quasque formas, dummodo subscriptas ma=nu Cancellarii, et solito Sygillo Populi sygillatas dicti Communis, alias incidant in penam applicandam, et exigendam, ut supra; dictaque execu=tio nulla sit, et reponi debeat, sive realis, vel personalis, nisi infra tres dies currentes fs: cui facta executio concordaverit predictas sygillatas, et subscriptas, ut supra, quathenus facta sit executio in re mobili debeant illa tradere Depositario Loci, quathenus adsit, ali=as Syndico dicti Loci, qui post tres dies incontinenti debeat rem pre=dicta consignare Depositario dicte Civitatis, quathenus debitor infra se non concordasset cum Creditore, qui Depositarius illa vendat infra decem dies fer: ser:; si vero fuerit facta executio in re semovente, tra=dant Depositario, vel Syndico Loci, ut supra, qui lapsis tribus diebus, et non concordato Creditori incontinenti consignari debeat Conductori Stal=latici dicte Civitatis sub pena p.s. lib. den: pro quolibet contrafacien=te, vice qualibet ipso facto incurrenda, et applicanda dicto Comuni, pro

quib. exequendis habeant pro dom. Mercede in locis residentis, et habitationis medium Bononenum pro quolt. Itinere, extra v.o d.a loca Bononenum unum, ultra exigens incidat in d.as pœnas applicanda, et exigenda, ut s.a; pro quolt. petitione, et actu in ordinariis, vel Commissariis caussis actor, et reus respective solvant Bononenum unum pro examinatione testium Bononenos duos pro quolibet teste, pro copia scripturarum pro qualibet carta, pro dilatione Iuramenti decisivi, et pro Iuramento supplicationis Eugenii aut Bulleta Bononenos duos, pro quolt. Iuramento ultra exigens incidat in pœnas, ut s.a; Iurisdictio itaque Castellani Castri Rapilæ sit, et esse debeat in d.o Castro, ejusque pertinentiis, et Castris Morri, Schopuli, et Serroni, eorumque pertinentiis in Villis Vulpenini, Apulani, Aquæ S. Stephani, Collis Casurei, et Spiazzi, Cadiani, Ciphi, Bani, Branchæ, Sedebani, Castrinovæ, eorumque pertinentiis, Castellani Castri Verchiani sit, et esse intelligatur in eodem Castro Verchiani, et suis pertinentiis tantum. Castellani Collis Flendi, in eo, suisque pertinentiis, et in Villis Forchaturæ, Cupiglioli, Porchavellæ, Bolsevagnæ, earumque pertinentiis. Vicarii Castri Anniphi in eodem Castro, suisque pertinentiis, et in Castro Caput Aquæ, et Aprilis, et in Villis Cassignani, Arvelli, Palassii, Salognæ, Sundi, Seggii, Rius, Pissinæ, Pisentis, Fachiuræ, Collis Longi, Barrassiæ, Sextini, eorumque pertinentiis s.t; Vicarii Castri Populæ in eodem Castro, suisque pertinentiis, in Villis Macchiani, Brangæ, eorumque pertinentiis, et a Castro Pasani, Villa Pontis Centesimi, Castro Palis,

Castro Civitella, et Villis Casalis, et Rovilieti inclusive usque ad Civitatem Bulginis Jurisdictio sit, et esse debeat Officialium Civitatis Bulginii, et in eis dicti Castellani, vel Vicarii se intromittere non possint. Item dicti Offles teneantur, et debeant inquirere contra omnes Deum Omnipotentem Jesum Xpti, et Gloriosam semper Virginem Mariam blasphemantes, et contra eos procedere per viam accusationis, denunciationis, et inquisitionis, et omni alio modo juridico, et repertos culpabiles de prædictis cogere ad solvendum pœnam 25. Lib: Den: similium applicand. d.o Coi pro quattr vice pro tribus partibus, et pro alia Officialibus sequenti, blasphemantes aliquem Apostolorum, Sanctorum, et Sanctarum Curiæ Cælestis ad pœnam 12. Lib: similium applicand, ut s.a, vice quattr. jurantes per Corpus Dei Jesu Xpti, Mariæ Virginis, et aliorum omnium Apostolorum, Sanctorum, et Sanctarum prædd. ad quinque Lib: similium, vice quattr, ut s.a applicand, et in quolibet prædictorum casu credatur accusationi cum uno teste, medio Juramento, et Accusator teneatur secretus, et si aliquis prætenderet se gravatum ab eisdem possit querelare coram DD. Prioribus d.æ Civitatis, qui Priores teneantur sub pœna perjurii eos audire, et indebite oppressis providendo mandare dd. Offlibus, ut d. querelantes indebite gravatus reponant sub pœna eorum arbitrii applicand d.o Coi, et 25. Lib: Den: per inobedientes incurrenda ipso facto, et de eorum salario statim retinenda, et exigenda. Teneantur etiam, et debeant

iidem Offes stare ad Syndicatu per quinque dies continuos, quorum duo sint ad accipiendas querelas, et duo ad examinandum in loco Officii; Quintus ad resolvendum in Civitate Fulginii; Syndicatores autem sint duo Cives Conciliarii de Bussolo extrahendi more solito, et unus Notarius pro quolibet Offli, qui Syndicatores, et Notarius dicti habeant pro se, et equis, publico sumptu Locorum, et Universitatum, in quibus hui: Syndicatus Officialium fiet pro dd. diebus quatuor; Salarium vero eorum, et Notarii sint in toto Florenorum Mtæ trium solvendorum de ordinario salario Officium præfatorum sub Bullecta per dd. Priores, et Cancellarium dtæ Civitatis, quæ de facto exequi debeant per Curiam ordinariam, Socios Milites, et Baiuarios dti Prætoris, et aliorum Officium executores pro tempore in dta Civitate existen. In Castris Gualdi Captanorum, et Aquæ Branchæ sententiæ hactenus ibidem servari consueta.

De electione Bajulorum, eorum Officio, Obligatione, et Mercede.

Caput XXXII.

Eligantur Bajuli, sive Nuntii per dd. Priores, et Novem Viros d. Civitatis pro tempore existen, quot, et quo, et quoties visum fuerit expedire, eorumque Nomina, et dies eorum electionis describi facient per Cancellarium in Archivio Coïs, et ab eis Iuramentum recipiant in forma de bene, et fidelitur eorum Officium exercendo, qui Insulas Panni Rubri cum filio viridis coloris deferre teneantur, ut ab aliis dignoscantur, qui debeant, et teneantur sint omnes, et singulas Citationes, Monitiones, Requisitiones, et Ambasciatas verbo, vel in Scriptis,

prout sibi demandatum fuerit ad instantiam eos requirentis districte,
late, et intelligibili voce facere Præcepta, Requisitoria, ac Literas

Intimatorias

Citatorias, inhibitorias # quibusque, et contra quoscumque præsentare, et
exequi Citationes, Requisitiones, ambasciatas, exactiones, et Præ=
sentationes Notariis ad caussas respective deputatis in tempore
sollicite, et fideliter referre debeant; cum sociis Militibus, seu aliis
Officialibus, si fuerint requisiti ad executiones realis faciendas, et
Pignora accipienda accedant, illosque comitentur pro quolibet
Pignore, sive qualibet exactione in d.ta Civitate accipiant Qua=
trenos tres Mon. currentis pro qualibet Citatione, sive ambasciata
in d.ta Civitate Quatrenos tres Mon. prædictæ; extra d.ta Civitatem,
et in ejus Territorio, Comitatu, et Districtu Bononenum unum
pro quolibet Miliario, et qualibet Citatione; idem dicimus per
eos servandis in præsentatione, et executione Præceptorum,
et Literarum similium. Pro tenutis autem Rerum Immobilium
ipsos dandis in Civit.e Bulg.æ Bononenos sex pro qualibet tenuta
etiam quod fiat de pluribus rebus Immobilibus. extra d.ta Civitatem
et in ejus Territorio, Comitatu, et Districtu habeant et consequan=
tur ultra Mercedem Bononenorum sex pro qualibet tenuta, ulterius
Bononenum unum pro quolibet Miliario. Si Requisiti in concer=
nentibus eorum officium inservire, aut aliquid prædd.a facere re=
cusaverint, aut neglexerint, nisi legittimo excusentur impedi=
mento, incidant in pœnam 10. Lib. Bon: pro qualibet contrafacien=
te, et vice qualibet auferendis, et Communi Bulg.æ applicandis, et

54v

credatur Accusatori cum uno Teste cum Juramento; si vero aliquam falsitatem commiserint, committens incidat in penam 100. Lib: Den: ut supra auferend., et applicand., et stet publice ad Catenam per unum diem, et officio privetur, et nihilominus teneatur ad interesse Partis declarantes in aliis casibus eorum Officium non concernentibus, eos non teneri ad parendum Mandatis alicujus Officialis Communis Bulginii. Idem dicimus de Bajulis, et Nunciis presentibus, seu hactenus electis, quos eisdemmet Ordinibus, Taxis, et obligationibus subjacere volumus, et decernimus, et maxime postquam de Jure suo, et Salario sibi fuerit satisfactum sub pena quinque Lib: Den: ipso facto incurrenda, Communique predicto applicanda. Et si aliquis Bajulus requisitus fuerit ab aliquo, quod citet aliquem coram aliquo Officiali Civitatis Bulginii ad aliquem actum in Criminali, seu Civili Caussa, oblata mercede pro suo labore, et facere recusaverit, incidat vice qualibet in dictam penam, ut supra applicand., nisi excusationem legitimam haberet recusandi, et de predictis credatur Juramento requirentis, et accusantis, et si aliquis Bajulus in dicto Officio Bajulatus commiserit aliquam falsitatem, puniatur pena falsi secundum formam Statutorum dictae Civitatis, et tam illi, qui sunt in Officio, quam taliter eligendi, postquam fidejusserint et juraverint, ut supra habeantur, et sint veri Bajuli Communis Bulginii, donec fuerint revocati. Teneantur vero dicti Bajuli, et facere debeant omnes Citationes, Pignorationes, et alia predicta, tam ex forma Statutorum, quam ex laudabili Consuetudine, atque, facta erunt,

pientque per ipsos, valeant, et teneant, et Citationes quasque in Civilibus Caussis, et potissimum in Criminalibus facere possint sine aliqua Commissione quolibet loco, et die etiam feriato in honorem Dei, auctoritate praesentis Statuti, et ipsorum, et cujuslibet eorum Relationi stetur, et credatur tamquam publicis Instrumentis, et teneantur, et debeant relationem Citationis facere in manibus Notarii ad caussam deputati ante terminum in Citatione per eos citatis assignatum, et omnes, et singulas Citationes, Requisitiones, et praecepta, per eis imponentur, et cuilibet eorum, ta in Civitate, et Comitatu Bulg.ni, quam in ejus Fortia, et Districtu. Quorum Bajulorum nullus esse possit Procurator, Tutor, Curator, Actor, vel Syndicus alicujus Villae, vel Castri dictae Civitatis, vel particularis cujusque Personae, et si secus fiat, non valeat ipso jure, et damnetur vice quolibet in dicta poena, ut supra applicanda. Item teneantur vocati per Campanas seu alias quomodocunque venire ad Curiam, et parere mandatis Officialium dictae Civitatis sub supradicta poena, et pro eorum mercede pro quolibet Citatione, et Relatione recipiant in Civitate Bulg.ni quatrenos duos pro quolibet ~~Miliare usque ad tres, et in altis~~ currentes usque ad tres, ultra vero quatrenum unum pro quolibet Citato, et relato, extra vero Civitatem quatrenos quatuor pro quolibet Miliare usque ad tres, et non ultra quatrenos duos pro quolibet Citato. Pro tenuta vero danda in Civitate praedicta sex quatrenos extra Civitatem infra unum Miliare

55v

duodecim, si ultrà Miliare Bononinum unum prò quolibet Miliare. Prò Pignoratione, seu executione in Civitate quatrenos tres, extrà Civitatem quatrenos tres prò quolibet Miliare, et prò Particularibus Personis de Citatione in Scriptis, de Cedulis Citatoriis, Monitoriis, Intimatoriis, et Preceptis, aliisque quibusque Scripturis per eos prestandis, et intimandis recipiunt respective modis, et formis, prout supra de Verbali Citatione dictum est. Si vero iverint prò factis Communis, habeant à Communi prò suo Salario quolibet die Solidum, Consuetudinem hacthenus observatam, et si ultrà recipiant, seu petant incidant in dictam penam ut supra applicandam, et omnia Pignora possint accipere à debitoribus preter Pannos de dosso, et Lecto, et Arma, Boves aratorios, et Instrumenta Ruralia, et si contrà fecerint vice qualibet, condamnentur dicti Communi in dictam Penam applicandam ut supra, et Pignora restituere teneantur sine exceptione, et exactione alicujus mercedis, et Salarii.

De Officio Depositarii ad conservandum Pignora per Officiales, et Bajulos Communis accepta

Caput XXXIII.

Item statuimus, et ordinamus ad obviandum malitiis Officialium, Executorum, et Bajulorum, et extorsionibus, que fieri possent per ipsos contrà singulares Personas, quod nulla pignora per eos, aut eorum aliquem capi possint sine mandato Superioris alicui personae,

de quo Scriptura authentica ostendat sub pena 10. Lib: Den: ipso facto Coi applicand, et stati sine pretio pignora restituant, et qd sit, et esse debeat in Civitate Fulginii unus depositarius Pignorum eligendus in Concilio Centumvirali, seu de Bussolo extrahendus more solito, cu emolumentis, salario, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, qui habeat Apotheca in Platea Veteri Commnis Fulgi, et Sic dicti omnes, et singuli Bajuli, et Offles d. Comis teneant, et debeant sub pena 10. Lib: Den: pro quatt contrafaciente, et vice quatt incurrend ipso facto, et d. Coi applicand, et assignare omnia, et singula pignora, quæ accipient à quibusvis Personis in Civitate Fulginii infra unu diem in Comitatu, et Districtu infra tres dies à die receptionis dd. Pignorum, vel alicujus ipsorum, cujus depositarii officiu duret per sex menses, qui depositarius sic electus teneatur, et debeat bene, et legaliter custodire pignora sic accepta, et sibi assignata, et cora DD. Prioribus d. Civitatis in principio Officii dare idoneos fidejussores de bene, et legaliter d. Officiu exercendo, et de restituendo pignora, quæ sibi assignata fuerint, vel ratione reddendo de pretio illorum, si ea vendi contigerit cu reliquarum restitutione eorum d. facienda, si quid reliquum fuerit, soluto debito, et expensis quomodocunque decursis, et restituere da. pignora cuicunque accepta fuerint, habita prius Apodissa Officialis, qui accipi fecerit pignora supradª, et Creditoris, ad cujus instantia facta fuerint, dicto depositario liceat dda. Pignora retinere per unum Mensem à die,

56v

que fuerint sibi assignata. Declamus hoc non habere locum in rebus pro exactione factis per Castellanos, sed in eis servare quod supra dictum est in Cap.o de Juramento, et Officio Castellanorum, et dicto termino elapso vendi debeant dicta pignora sono Tubæ præmisso in Schalis Palatii Dni Prætoris, et plus offerenti dare cum præsentia trium Civis eligendi per dictum Concilium, vel de Bussolo extrahendi more solito, et ad sistendum dictæ Venditioni, et Libri conficiendi, in quo scribat omnia, prout infra, vendanturque sine licentia alterius cujusque personæ, et pretium detur Creditori, et ad cujus instantia facta fuerint pro concurrente quantitate sui Crediti, et expensis desuper factis, et liquidatis, et residuum restituatur Debitori, retenta tamen mercede sibi debita pro dictis Pignoribus, et omnibus desuper per dictum Depositarium quomodocunque solutis, et exbursatis Officialibus, executoribus, et Bajulis quibuscunque. Teneatur etiam dictus Depositarius facere duos Libros, unum scilicet pro se, in quo scribere debeat, et adnotare clare, et districte omnia pignora, et nomina, cognomina dominorum pignorum, et unde sint, nomina etiam Creditorum, ad quorum instantias pignora facta fuerint, et Nomen Bajuli, Officialium, et executorum, qui abstulerint dicta pignora, et qua de caussa, et pro qua summa sint accepta, et de sibi factis assignationibus, et alium similem Librum scribat, tradatque Cancellario Communis in Cancellaria perpetuo servandum, qui Depositarius teneatur, et debeat solvere Officialibus, executoribus, et Bajulis prædictis mercedem eis debitam, juxta Tabulam Statutorum, et Capitulorum desuper expressorum mercedes tamen integram Officialibus, executoribus, et Bajulis solvere

non debeat, nisi pignora sint sufficientia pro quantitate debita, et in commissione contenta, et pro suo salario, et mercede, et cura desuper adhibenda recipiat a Dnis Pignorum, si restituant, sin autem retineant in venditione ut s.ª facienda quatrenos tres usuales pro quolibet pignore, et non ultra, etsi pro una, eademque caussa acciperentur alicui simul, et semel plura pignora habere non debeat, nisi unicam mercedem; animalia v.º quæcunque in executione accepta per dd.ª Offes, executores, et Bajulos consignari debeant in Stallatico Coïs emptori d.ⁱ Stallatici juxta consuetudinem hactenus observatam; et inde executores, Offes, et Bajuli præfati eorum mercedem, et salarium consequantur ad rationem prædictam quem sibi emptores Stallatici modis, et formis s.ª pro depositario Pignorum expressis solvere teneantur. Dictusque depositarius, et emptor Stallatici observare teneantur omnia, et singula in præsenti capto seriatim contenta, emptoresque prædictos d.º depositario equiparamus in omnibus, et per omnia, et prædª observari mandamus sub jam d.ª pœna 10. lib: den: à quolibet contrafaciente vice qualibet incurrenda ipso facto, et d.º Coi applicanda. Salarium v.º Assistentis esse debeat, et exprimatur salarium sedium quod hactenus convenerit, et non ultra, et pro illo Bulleta fiat, et extrat e aubito d.º Libro, ut s.ª per eum conficiendum de pignoribus prædictis, quæ vendi contigerit et in Cancellaria dimisso, quæ continere debeat qualitatem Pignoris venditi, nomen, et Cognomen Dni pignoris, summam, et quantitatem pretii ex venditione habiti, nomen, Cognomen, et Patriam emptoris, alias ultra amissionem salarii, quod ipso facto amittat,

57v

incidat in pœna prædicta 10. Lib: Den: D.o Comi applicand., cu=
jus Officium duret, durante Officio Dni Depositarii, et in principio
Officii jurare teneatur, tactis corporaliter Scripturis, de bene, et legaliter
ejus Officium exercendo, et pœna præstiti Juramenti, providendo, ut
Pignora, justo pretio distrahantur.

De electione Syndicorum, et Massariorum
Castrorum, et Villarum, et eorum Officio

Caput XXXIV.

Item dicimus, et ordinamus, quod quælibet Villa, et quodlibet Castrum Comitatus
Bertig, et Districtus Fulginii teneatur, et debeat saltem per dies octo ante
Festum Sancti Feliciani Gloriosissimi Protectoris Civitatis Fulginii quolibet
Anno de Mense Januarii ordinare, et facere eorum Syndicum, et Massarios,
qui possint in quacumque Curia, et coram quocumque Officiali D.i Com.is pro
suis Universitatibus comparere, et in Civilibus, et in Criminalibus quibusque
respondere, alias incidat in pœna ipso facto 50. Lib: Den: D.o Co. ap=
plicand., electio vero fieri debeat hoc ordine, quod quolibet anno à Kalen=
dis Mensis Januarii per 15. dies continuos, et sic per totum medium
mensem Januarii ante Festum Sancti Feliciani Syndici, et Massa=
rii Veteres Anni præcedentis congregent, et congregari faciant omnes
Homines Caput Familias sui Syndicatus respective in loco idoneo, et
proponant de electione facienda novorum Syndici, et Massariorum,
et ad eam faciendam mittant in uno Cappello tot Fabas, quot sunt
Focularia sui Syndicatus, et inter eas sint, et esse debeant tot Fabæ
Nigræ, quot sunt Officiales creandi, videlicet, pro Syndico, et Massa=
riis, si isti omnes sunt creandi, si autem pro Syndico, vel Massariis
tantum, juxta Loci consuetudinem, et ille, cui obtigerit Faba nigra

pma vice Syndicus existat, et cui obvenerint 2da, et 3tia vice alii nigri sint Massarii respve; trahendo nominatis pro homine cujuslibet Focularis, et d. Officium duret per Annum continuum, et si interim aliquis moriatur, fiat electio alterius in locum defuncti, ordine predo.; excusentur tn ab eodem Officio Majores anni septuaginta, minores Anni viginti, et Infirmi infirmitate, propter quam officium exercere impediantur. Non stantes pro Famulis extra pertinentias Syndicatus sui Originis cum aliquo sive Fulginate, vel alia quaque persona, nisi alias exinde fraus aliqua conjecturari posset, et Syndici, et alii Officiales prefati sint, et esse debeant de eodem Syndicatu ad cujus Syndicariam, vel Officium eliguntur, alias electio sit nulla, et eligentes in penas incidant predictas, ut sa. d. Comuni applicandas. Qui Syndici Veteres predicti assignare, et reportare teneantur novos, ut sa. electos dd. Prioribus tunc existentibus ante d. Festum Dni Feliciani, et dd. Novi Syndici, et Massarii, et presentare coram dd. Dns. Prioribus in d. Festo, et Juramentum prestare in Manibus Cancellarii d. Cois, qui gratis Juramentum recipere teneatur, corporaliter tactis Scripturis de exercendo officium bene, et legaliter, et desuper idoneam cautionem prestare de fideliter administrando, et reliqua in fine Officii restituendo, et d. Syndicus denunciare teneatur omnes rixas, et omnia Maleficia, quae fieri contigerit in d. suo Syndicatu, et pertinentiis Notario Maleficiorum Dni Pretoris d. Civitatis, qui pro tempore fuerit sub da. pena d. Coi, ut sa. applicanda infra tres dies continuos a die Commissi Maleficii; excipiantur vo. ex da. electione facienda Focularia, quae non habent Homines Masculos, et si

d.ª Societate pro rata Societatis eius, in quib. morant., permittentes eisdem Societatib. Officiales alios omnes eligere, puta Notarios, et Depositarium, plures, vel pauciores Officiales de premissis, sicut in eis hacthenus consuevit. Electio v.º fiat per Bussolos modis, et formis hacthenus consuetis, etc.; quod finitis Bussolis per d.tas Societates eligant tres Homines in eorum adunantia unus de Majorib., et ordine Concilii pred.ti, unus de Mediocrib., et ordine Privatis tantum d.e Civitatis. Ultimus de Inferiorib., qui habitis Nominib. omnium Caput Familias d.e Societatis faciant de illis Bussolum de extrahendis Officialib. Societatis earundem tripartite, et in una sint Ballucte Caput Consolum ex ordine d.i Concilii, et in alia Ballucte Consolum, in quarum qualib. Apodissa scribant nomina Mediocrum, et Inferiorum duorum Hominum d.e Societatis, ita quod Consules dicto eodem Anno sint unus de Mediocrib., alt. de Inferiorib. Societatis Hominib. In 3.tia scribant Speccioleti in locum defunctorum extrahendi, que fiant etiam tripartite, pro Caput Consulib., pro Consulib. mediocrib., et pro Inferiorib., et sic de aliis Officialib., et quolibet Anno in Festo Beati Antonii de mense Januarii fiant per Officiales veteres Congreges loco idoneo sive Societatis Hominum earum, et in eis tractetur de novis Officialib. extrahendis, et sumptis Bussolis novi Officiales extrahi debeant coram Mag.cis DD. Priorib. pro tempore existentib., et extrahi abinde in posterum censeantur Officiales Anni

sequentis usque ad d. Festu Beati Antonii Inclusive, et stati facta extractione Veteres Officiales teneantur, et debeant dos scribi facere per Notariu Reformationum in Cancellaria d.ti Cois, et novi extracti jurare debeant inde, et per totam diem Vigiliæ Beati Feliciani Gloriosissimi Protectoris d.æ Civitis, corporaliter tactis Scripturis exercere eoru Officiu bene, fideliter, et legaliter, et idonea dare cautione de fideliter administrando, et reliqua restituendo suis loco, et tempore, sollicitèque, et diligenter adimplere omnia mandata DD. Prioris, et d.i Cois, et omnia supradicta onera subeundo, p.t expediens fuerit, sub pœna in quolt Casu prædd. Lib: 50. Den: ipso facto à quolt Contrafaciente auferend, et d.o Coi applicand. Qui Officiales electi nulla possint caussa excusari, quominus d. Officiu exerceant, nisi eoru aliquis sit major Septuaginta, vel minor viginti Annis, et Infirmus Infirmitate, propter quam Officiu non possit exercere. Qui Consules tantum teneantur, et debeant denunciare omnes Rixas, et omnia Maleficia, quæ in eoru Societatib, et in earu pertinentiis committerentur, nisi alii ad id particulariter deputati esset, qui etiam teneantur denunciare, ut s.a Dno Prætori d.æ Civitatis Fulgi.i, et Notario Maleficiorum ejusdem Dni Prætoris infra tres dies currentes à die commissæ rixæ, vel Maleficii sub pœna 25. Lib: similiter d.o Coi, ut s.a applicand, et de facto exigenda, dummodo pœna Delicti Commissi trascendat quantitate 25. Lib: Den:; si vero pœna fuerit à 25. infra, et dd. Officiales non denunciaverint medietatem pœnæ prædictæ, incurrant de facto, ut s.a, et d.o Coi

applicet, quam denunciationem dd. Officiales facere teneantur etiam, si injuriatus accusaverit, vel denunciaverit. Quos Consules Priores Populi d.ae Civitatis pro tempore existentes poena praestiti Iuramenti, et 20. Lib: Den: d.to Com.i applicand. non possit removeri, vel excusari facere, nec de novo extrahi, et quidquid in contrarium fiat, nihilominus nullum sit, et non valeat ipso iure, pro[m]oque extractus sit, et esse intelligatur Officialis, et Officium cogatur exercere omnino, et denuo extractus auctoritate d.i Capituli non teneatur exercere Officium, quorum omnium Officialium, et Notarii salarium, et merces sit, et esse debeat unius scuti Auri pro quolibet sibi in fine Officii excomputandus de eo, quod solvere teneretur pro sua rata onerum, et Impositionum, et si rata cuique ad dd.a Scuta non ascenderet suppleatur sibi per ejus Societatem, dictique Officiales possint, et valeant adunantias dd.ae Suarum Societatum congregare, prout eis expediens visum fuerit, et in Festo Sancti Feliciani praed.i servare, et facere teneantur, et debeant omnia, et singula, quae dd.ae Societates servare, et facere solitae sunt, sub poena praed.a 25. Lib: Den: ipso facto incurrenda, et ut s.a applicanda quatt. vice.

De Oratoribus Mittendis.

Caput XXXVI.

Volentes inordinatis Com.is impensis modum imponere, providemus, et ordinamus, quod nulli Oratores mitti possint, aut debeant, nisi prius obtentum fuerit in Concilio Centumvirali d.ae Civitatis ad

Bussulas, et Balliuctas more solito, et ipsi ante Oratores, et ipsorum quilibet jurare teneatur corporaliter manu tactis Scripturis in Manibus Cancellarii dicti Consilii, commissionem eis impositam facere legaliter, et bona fide; Volumusque, et statuimus, quod Oratores prefati non possint, nec debeant sub pena prestiti Juramenti, Amissionis salarii, et privationis Officiorum Consilii procurare aliquod factum proprium pro se, vel aliqua alia persona. Quibus Oratoribus Cancellarius teneatur, et debeat dare in Scriptis cum subscriptione sua, et sygillata sygillo dicti Consilii instructionem Negotiorum premissorum, que debeant quanto citius expedire, et in reditu succinte referre in dicto Concilio. Declarantes Oratorum electionem aliter factam nullius esse roboris, efficacie, vel Momenti, et salarium, seu Merces cujusque Oratoris, Doctoris pro quolibet die in totum, seu omnibus computatis sit, et esse debeat Julionum 10.; aliarum vero Personarum Carolenorum 10. pro quolibet currentis omnibus computatis.

De Advocato Pauperum, et Procuratore

Caput XXXVII.

Ut Pauperes, et Miserabiles Persone Civitatis Fulginii, ejusque Comitatus, Fortie, et Distrectus, et Incole, et Habitatores in eis propter earum Paupertatem, et Impotentiam non opprimantur, aut committantur de opera, et auxilio unius Legiste, et unius Procuratoris in ipsa Caussa legentium, et acta exercentium, ducimus succurrendum, et providendum in, et pro quibus eligendis, et creandis, et Juramento eis prestando

volumus forma superioris in proximo præcedenti Capite traditam servari, qui pauperrimis in eorum Caussis Criminalibus, mixtis, et dependentibus teneantur, et debeant gratis tam contra Fiscum, quam quamcunque aliam coram quoque Judicante in dicta Civitate Bulgini advocationem, et Patrocinium, eosque, et eorum bona, et Iura diligenter defendere. In caussis vero Civilibus, ubi dictæ Pauperes Personæ essent convinctæ, aut in Carceribus, sive in Palatio detinerentur, debeant, et teneantur similiter eorum operam præstare absque ulla mercede, nec indebite graventur, et à molestiis, et Gravaminibus, quantum fieri poterit, relleventur. Pro eorum Salario, et Mercede habeant, et consequantur pro uno Anno de eorum Officio à Camerario Communis Salmam unam Grani ad justam Mensuram dicti Communis; sublata, ut supra, eis facultate, alium, sive alios substituendi, et eorum loco deputandi.

De Electione Medicorum, eorum Salario, et Obligationibus

Caput XXXVIII.

Item quia expedit, ut ad curandas Infirmitates unus, vel duo Medici à Republica conducantur. Statuimus, quod expensis Communis conduci debeant unus, vel duo Medici ad Arbitrium Concilii Centumviralis Physici eligendi per dictum Concilium more solito, qui debeant esse experti in Arte Medicinæ Periti, ætatis ad minus annorum 45. qui Iuramentum præstare teneantur in Manibus Cancellarii coram Dominis Prioribus, sicut quod jurare instituit Hippocrates, teneanturque semel requisiti in Civitate Bulgini Infirmitates cujuscunque gradus, et conditionis indistincte mare, et sero

61v

visitare, eosque diligenter curare, mederique gratis, et sine aliqua mercede. Infirmitates v. extra Civitatem, tam Cives, quam Comitativos requisiti semel teneantur visitare, curare, eisque mederi una die, et habere debeant ab Infirmantibus Vechura equi, expensas pro se, Famulo, et equo, et non aliam Mercedem, et si duxerint pernoctandum, possint pernoctare; si autem fuerint requisiti ab una vice supra teneantur visitare, curare, et mederi sumptibus, et honesta mercede danda eis ab indigentibus. Teneantur tamen per Inspectionem Urinae succurrere, et mederi absque aliqua Mercede, in d.a tamen Civitate. Teneantur etiam requisiti, Chyrurgis vulnera, ulcera, et huiusmodi medentibus, Cuppas applicantibus, Flebotomiam, vel quidquid aliud facientibus presentiam, et consilium prestare, et quascunque receptas, quas ordinare voluerint, scribere in Apodissis, et Cedulis, et Indigentibus tradere, ut ad quos voluerint Aromatharios ire possint, et nullo modo eas scribant in Bastardellis Aromatariorum, nec cum eis facere audeant Societatem, ex qua possint aliquid lucrari; et debeant continue in d.a Civitate Morari, et inde non recedere, nisi ex caussa ut s.a sine licentia d.i Concilii sub pena amissionis salarii unius Mensis incurrenda ipso facto pro quatt vice; qua contrafactum fuerit in predictis, vel aliquo predictorum, dictoque Com.i applicanda. Et si contigerit, quod Deus avertat, Pestem vigere in d.a Civitate possint recedere, si voluerint, accessuri tamen ad locum a d.a Comte deputandum huius Fulginatibus, nec distante a d.a Civitate ultra tria Miliaria et tunc pro tempore d.e eorum absentie a d.a Civitate non curat eis, nisi medietas infrascripti eorum salarii, quod si alio secedant, nullum

Salarium currat, nec possint pro dicto tempore absentiæ consequi, et nihilominus d.o tempore Pestis, sive in d.a Civitate, sive extra in loco tuto, ut s.a eis deputando steterint, teneantur Aegrinantibus per Inspectionem Urinæ consulere, medicinas, et alia quæque opportuna ordinare, nec teneantur personaliter ad Infirmantes accedere, nisi voluerint sub jam d.a pœna. et pro eorum salario, et Mercede habebunt, et consequi debeant pro uno Anno Florenos Tercentos quinquaginta Mtæ Marchiæ, et plus, vel minus, p.t eis ex decreto d.i Concilii ordinatum fuerit, et ipsis expressum in electione, et Capitulis transmitti solitis solvendos de Quatrimestri in Quatrimestre, vel aliter juxta dd. Capitulorum formas. Declarantes, qd teneantur Caballario d.æ Co.is asportanti cum dd. Capitulis electionem solvere ducatos tres Auri dividendos inter ipsas Communitates, Caballarium prædictum, et Cancellarium conscribentes, prout hactenus consuevit, et ulterius dicto Caballario pro suo Viatico 3tia partes unius Floreni similis pro quatt. die, alioquin electio non patrocinetur, quique si eos stare contigerit extra dicta Civitate Infirmos per dies viginti ultra tempus Licentiæ, ubi ea habuissent a d.o Concilio Salarium petere non possint abinde supra, et Infirmitate durante, et minus illud consequantur, nec petere possint eorum Heredes, si eos conductionis tempore durante, mori contigerit, qd Deus avertat, nisi pro rata temporis, quo servierint, et petentes desuper audiri non debeant.

De Præceptore Ludi Litterarii, et ejus Obligationibus

Caput XXXLX.

Considerantes, nihil magis Reipublicæ expedire, quam Personas bene moratas,

doctos, et eruditos habere, statuimus, et ordinamus, qd sumptibus Coīs con=
duci debeat Praeceptor, seu Magister praedictus, et ad illum conducendum per
Concilium Centum Virorum eligantur tres Cives de Numero Conciliariorum,
qui debeant investigare hujusmodi Praeceptorem, et Unum, vel plures cum
bonis Nominibus, ac Patria in d.o Concilio proponere, et facto partito, qui
favorabilius per plura suffragia fuerit obtentus, intelligatur conductus
pro uno Anno cum Salario Florenorum Ducentorum, et majori, vel mi=
nori, prout ex Decreto d.i Concilii fuerit reformatum, et conclusum,
qui teneatur Pueros, Adolescentes, Juvenes, et alios d.ae Civitatis, et sui
Comitatus, Fortiae, et Districtus ad Gymnasium publicum per d. Commune
sibi assignandum accedentes instruere, et docere, et non minus Candidis
Litteris, quam moribus bonis erudire, et ibi de mane Lectiones in soluta ora=
tione, et Poesi declarare, alternisque diebus Epistolarum Materiam, et Carmi=
num tradere, et alia facere, et exequi ad haec necessaria pariter, et oppor=
tuna absque alia mercede, et a Civitate Vulginii nunquam discedere
possit sine Licentia praefati Concilii sub poena amissionis Salarii unius
Mensis ipso facto incurrenda, et Coi Vulginii applicanda, et possit d.o
Gymnasio uti pro ejus Habitatione, si voluerit, et Comitas pro alte=
rius Domus pensione gravari nequeat; et si contigerit ipsum habita li=
centia, extra Civitatem infirmari ultra viginti dies, qd abinde s.a sibi
Salarium non currat, nec debeat, nec minus debeant ejus Heredibus, si ipsum
mori contingat, durante conductionis tempore, qd Deus avertat, nisi pro
rata temporis, quo servierit, et petens non debeat audiri; Dictus tn
Praeceptor esse debeat vitae laudabilis, et a Sacrosancta Catholica Reli=
gione minime alienus, alias electio sit ipso jure nulla; et in prin=
cipio Officii jurare debeat in manibus DD. Priorum pro tempore existentium

illud exercere bene fideliter, et legaliter, et sine aliqua intermissione.

De electione, Officio, et Authoritate Extraordinariorum Plateæ

Caput XL.

Quia esculenta, resque alias multoties potius ex Vendentium cupiditate, quam ex recto Iudicio vendi comperimus. Statuimus, et ordinamus, ut per Magcum Concilium, sive ab eo deputandos eligantur tot Cives de dicto Concilio, quot eis visum fuerit, ponendo, et describendo quatuor Civium Nomina singulis Cartellis, qui sit, et vocetur Bussolus Extraordinariorum Plateæ reponendus per DD.s Priores, et Conservatores Legum in Capsa Ordinaria Officiorum, et de quo tempore extractionis faciendæ die 21. Decembris, et die 20. Iunii de Magistratu, et aliis Officiis per Magcum Dnum Gubernatorem extrahatur una de dictis Cartellis, et quatuor Cives, qui in ea apparebunt, descripti sint, et intelligantur extraordinarii prædicti per unum semestre. Qui post per eos præstitum in primordio Officii solitum, et solemne Iuramentum possint (prout eis facultatem concedimus) unum, vel plures toties quoties eis visum fuerit, expedire Officialem, sive Officiales etiam Forenses creare, et deputare. Dictique Cives per se, vel ab eis deputandos conjunctim, vel divisim tendantur ad Apothecas Artificum Sal vel Panem vendentium Salsamentariorum, vel Pizzicaroliorum accedere, et talium, quam vendentium Oleum, Granum et Vinum, mensuras, et Pondera perquirere, et investigare, si sint justæ, et justa, vel ne, et sigillo ab habente Authoritatem impressæ, vel impressa. Dictique Artifices Sal, et Panem vendentes, vel Pizzicaroli, Salsamentarii, et omnes alii teneantur obedientiam et patientiam præstare in præfatis sub pœna 15. lib: den: à quolibet Contrafaciente auferendarum, et pro

63v

medietate Coi Fulginii, et pro alia medietate dd.s Civib applican=
dam; Si quis pondera, aut mensuras n sygillatas, aut injustas, aut
n sygillata, aut injusta retinere inventus fuerit, incidat in pœna
prædicta auferenda, et applicanda, ut s.a; Teneantur, et debeant
ut s.a curare, et investigare, ut in Macello Carnes bonæ, et recipien=
tes fiant, et si Carnes Infectas, Morbosas, aut Morticinas invenerint,
teneantur illas removere, et in Platea, aut alibi, ubi eis visum fuerit, Cla=
vo affligere equi Canis, et Volucrum exponere, et Conductores Macel=
li ad solvenda pœna conventa, et ad servanda Capitula Macel=
li à Magnaca Communite proposita, juris remediis opportunis com=
pellere; Teneantur, et debeant curare, ut Carnes, et Pisces in de=
bitis quantitate, et pondere juxta pretium receptum dentur, et consignen=
tur; Contrafacientes incidant in pœna medietatis unius Libræ Den:
pro quatr uncia, et vice, ut s.a applicand.; Possint, et debeant,
quoties eis visum fuerit opportunum Vendentib Olera, Herbas, Fru=
ctus, Poma, Ova, et esculenta cujusque generis pretium imponere,
numerum, Pondus, et Mensuras assignare. Si quis contrafecerit, inci=
dat in pœna amissionis rerum venditioni expositarum, et duarum Lib:
Den: auferend, et applicand, et dividend, ut s.a. Curent etiam
ut exercentes Fornaces, Caveres, Tegulas, et similia per eos fieri
solita, juxta mensura eis tradita conficiant, vendantque justo,
et taxato eis pretio per d. Cõe, cum facultate exigendi pœnam
50. Lib: Den: à quolibet, qui contrafecerit, et vice quatr, quam
ipsum incurrere ipso facto volumus, et decernimus, et Coi præfato
applicand. Si v.l Cives, et extraordinarii prædicti in aliquo
supradictorum casuum in exequendo Commissa Contumaces, aut

negligentes fuerint, quodlibet ipsorum inobedientes, aut negligentes incidisse in poena 50. Lib: den: decernimus, et ordinamus, et Coi applicand, ut supra.

// Qualiter Novi Cives recipiantur, et de Habitationibus //
// Infra Confinia Societatis, Castrorum, et //
// Villarum Fulginii, et Fachonis //
// faciendis per eos, aut eorum //
// Privilegiis //

// Caput XLI. //

Præsenti Lege firmamus, qd receptio Forensis in Civem Civitatis Fulginii fieri debeat in Concilio Generali Coïs Fulg.^e, facta Proposita more solito, et illa leg.^i obtenta et aliis facta n valeat, et ut sic receptus pro Cive Originario d.^e Civitatis habeatur, et sit cu Honoribus, Oneribus, Privilegiis, Immunitatibus, Prerogativis, et aliis quibus gaudent alii d.^e Civitatis Originarii Cives; et si novam Domum construxerit, vel construi fecerit in d.^a Civitate Valoris, et Communis Æstimationis Ducentorum Scutorum Auri sit Immunis, et exemptus per duos Annos ab omnibus Oneribus realibus, personalibus, et mixtis, ordinariis, et extraordinariis d.^e Civitatis, qd exemptionis, et immunitatis Privilegium n extendatur ad Comitativos, et Districtuales d.^e Civitatis, quos in Cives recipi d.^o Concilio placuerit. Declarantes, qd Civilitati ut supra habitantes in Comitatu, aut in eo animalia retinentes n excusentur à pœnis Contumaciarum. Itemqd

64v

quicunque iverit ad habitandum in Castris Rasilis, seu Verchiani, et ibi fecerint nova domum valoris Florenorum Centum, si non fuerit jurisdictionis d.ᵉ Com.ᵗⁱˢ gaudeat d.ᵒ exemptionis, et Immunitatis Privilegio. Item quod nullus Civis d.ᵉ Civitatis in ea, vel in aliquo loco Comitatus, districtus, aut Territorii ejusdem teneatur solvere Pedagium, seu Gabbellam, dummodo Iuret ad Sancta Dei Evangelia, quod non portat, vel transportat res alienas Hominum, qui non sint Jurisdictionis d.ᵉ Com.ᵗⁱˢ, sed proprias, vel Civium Comitatentium, vel districtualium pro usu proprio, et non caussa trafficandi, et ubi quis teneatur solvere pro rebus, quas portat solvens in d.ᵃ Civitate non teneatur, nec cogi possit amplius solvere in aliquo loco Comitatus, et districtus, aut Territorii d.ᵉ Civitatis, et quicunque habitat, vel habitabit infra confines alicujus Societatis d.ᵉ Civitatis, teneatur jurare, facere factiones in ipsa Societate, aut cum Hominibus ipsius Societatis, infra cujus confines habitat, non obstante, quod in alia Societate jurasset, et in ea factiones facere incepisset, et in ea cogatur subire omnia onera predicta ad petitionem Consulum d.ᵉ Societatis per quoscunque Judices, vel Officiales Com.ᵗⁱˢ Fulginii de facto, coram quibus postulatum fuerit, et ille, qui habitaverit per duas partes anni in aliqua Societate, Castro, vel Villa d.ᵉ Civitatis in eo, et in ea teneatur factiones facere, et onera subire, et non in alia. Item, quod unaquæque Societas d.ᵉ Civitatis stare, et esse debeat contenta suis confinibus hacthenus consuetis.

De Portenariis Portarum dictæ Civitatis Fulginii, et eorum electione, et Officio

Caput XLII.

Item dicimus, et ordinamus pro tutela, et custodia d.æ Civitatis, ut schandala, et præsertim de nocte vitentur, quod Portenarii eligi debeant à Mag.co Centumvirali Concilio pro uno Anno cum salario, et emolumentis, honoribus, et oneribus consuetis, qui teneantur in principio eorum Officii jurare coram DD. Prioribus in manibus Cancellarii d. Com.is, et idonea præstare cautione de bene, et fideliter administrando, dictumque eorum Officium, et portas d.æ Civitatis claudere post ultimum sonum Campanæ Magnæ Com.is, quæ pulsatur de sero, et Claves portare, et consignare in manibus DD. Priorum, et mane post sonum, et pulsationem Campanæ Magnæ præd.æ quæ pulsatur de mane in aurora diei aperire sub pœna lib. 50. den: ipso facto incurrenda, et à quolibet illorum vice qualibet auferenda, et Com.i d.æ Civitatis applicanda. Teneantur etiam portare omnes Litteras, quæ sibi à DD. Prioribus, vel aliis quibusque Officialibus, et Præfectis d.æ Civitatis darentur deferendæ ad aliquem locum Comitatus, et districtus Fulg.i, et de nocte dormire in domibus DD. Portarum sub ja dicta pœna applicanda ut s.a. Non possint modo aliquo DD. Portas aperire, seu aperiri facere postquam clausæ fuerint de sero usque ad Campanam de mane nisi de Mandato DD. Priorum, vel Nobilium Virorum de

65

Custodia d.æ Civitatis, vel dd.æ Claves alteri quam prędictis dare, et tradere, vel penes se retinere sub pęna prędicta incurrendis, et applicandis ut s.a, et si evenerit fraude aliquam contra d.m Comitem committi per eos, pęnas incidant rebellionis, et confiscationis omnium Bonorum ab eis, et contra quoslibet de facto auferendis, et d.o Coi applicandis.

De Aedibus, et Magistris Stradarum

Caput XXXXIII.

Ut Stradę, et Vię Publicę tam d.æ Civitatis, quam ejus Territorii ad Universale commodum pręserventur, statuimus, et providemus, ut dd.i Bussolo more solito, et juxta formam superius traditam conficiendo boni Cives pro quolibet Semestre extrahantur, qui post prestitum per eos Juramentum in forma curent, ut ne aliquis de Civitate, seu Comitatu et Districtu, Incola Habitator, vel Forensis in construendo, vel ędificando, aut ędificari faciendo, vel aliquid Novi in d.a Civitate, vel alibi quomodocumque faciendo aliquam Stradam, vel Viam Communis, vel aliquid Juris publici occupet, aut ad privatum usum reducat, aut occupare, vel reducere conetur, aut aliquid faciat, quod prejudicium aut deformitatem afferat Civitati. Contrafacientes pęnis 200. lib: Den: pro medietate R. C. Aplicę, et pro altera Coni Fulg.i, et prefatis Civib. applicandis subjacere decernimus, dictique Cives teneantur, et debeant omne id, et totum, quod occupatum esset demoliri facere, et in pristinum reponere, dantes Civib. prędictis plenam potestatem in premissis omnib., et singulis non solum Magci Concilii, verum etiam, si opportuerit Presidis Provinciæ Auxilium invocandi. Si vero in Comitatu, et Territorio Fulg.i aliqua Via, aut Strada publica ex Vetustate, aquarum

Alluvionibus ex frequentia Itinerantium, aut aliis quomodocunque fuerit ex toto sublata, aut in parte devastata Cives pred.i cogant Iuris remediis opportunis Convicinos, ut vulgo dicitur, adjacentes reaptari, et in pristinum usum reponi facere sub pena 40. Lib: Den: à quolibet contrafaciente auferendis, et ut supra applicandis, et nihilominus in ipsorum Contumacia pred.i Cives expensis prefatorum Convicinorum reaptari facere possint; si vero ab aliqua particulari persona aliqua Via occupata, aut devastata apparebit, talis occupator, aut devastator incidat in pena à Statuto Damnorum datorum d.a Civitatis expressa, et nihilominus teneatur ad reponendum in pristinum omne id, et quidquid occupatum, vel devastatum appareret. Dictosque Occupatores, et devastatores ta Iurisdictioni, quam Officialium Damnorum datorum subjacere decernimus.

De Civibus ad Beccariam
Caput XLIV.

In quolibet Bimestre extrahantur bini Cives de Bussolo conficiendo de Numero Civium de Concilio, qui provideant, ne Carnes vendantur, nisi justo pretio, et Conductores Macelli, seu aliis quomodolibet vendentes Carnes, non possint vendere, aut vendi facere, nisi dd.s Civibus Consultis, et de eorum Licentia, quae debeat apparere in Scriptis cum taxatione pretii Carnium praesertim Vaccinarum, Suillarum, seu Porcinarum, et quae licentia supra Bancha vendentis ponatur, ita ut manifeste, et precise incipi possit de quantitate Carnis vendendae, et de pretio ut supra. habeant Cives Predicti pro eorum emolumento, et Labore Bononenos duos pro quolibet Bestia vaccina apprehanda,

et q̃dò contigerit per eos Saggium de' Bestijs Porcinis fieri habeant pro eorum Regalijs Praecordia cum Sanguine, et omnibus Intestinis unius Bestiae Porcinae. Contrafacientes 15. lib. den: paenas vice quatr incurrere decernimus, praedicta tñ locum habere volumus, nisi aliter à Magco Concilio provisum fuerit, et in Cap. Conductorum aliter dispositum fuerit.

De' Civibus super Projectis
Caput XLV.

Nihil in terris excellentius Humani Corporis Officio maxima cura est adhibenda, ne' amittatur, et sui Creatoris divina fruitione privetur, qd saepissime aliquorum Impietate, et pravitate accidere solet, qui Humanarum Legum timore adducti proprii sanguinis immemores Infantulos etiam à se genitos, et editos projiciunt et Beneficio Fortunae, ut dici solet, exponunt, itaquod miserabiliter multoties perdant, et qd multo magis lacrimabilius est, sine Baptismatis Sacramento. Volentes, quantum in nobis est, huic morbo congruam adhibere medelam, statuimus et ordinamus, quod fiat Bussolus Civium de Concilio reponendus in Capsetta more solito, qui contineat nomina duorum Civium adscribenda singulis Cartulis, de quo in quolibet Semestre extrahi debeat una ex dd. Cartulis continens Nomina duorum Civium, ut s.a qui teneantur in primordio eorum Officii coram Magco Dño Gubernatore, Dnisque Prioribus d. Civitatis, et in manibus Cancellarii Cois jurare de bene et diligenter eorum exercendo Officium; qui Cives, qdò acciderit,

ut aliqua

ut aliqua Creatura Masculini, vel Feminini Generis projecta fuerit, aut aliis omni auxilio destituta, teneantur, et debeant cura: re ita, et taliter, ut per Priorem, sive Commendatarium S. Spiritus d.æ Civitatis enutriat, et enutriri faciat, et de congrua Nutrice provide: at, invocantes in præmissis Auxilium Rmi Dni Episcopi Aquilæ, ac Magci Concilii Cois, ac omnium Justicentium, etiam Præsidis Provinciæ, ac Gnlis Commendatarii S. Spiritus in Saxia de Urbe, debeant dd.i Cives in omni, et quacunque via, et diligentia in: vestigare, et inquirere, an d.a Creatura sit Baptismate insigni: ta, facientes, si opus fuerit, illam Baptizzari; dantes eisdem plenariam facultatem omnia alia, et singula faciendi in præ: missis necessaria, et opportuna. Monentes Cives prædictos, quod si quid eorum incuria, aut negligentia acciderit deversi, se de præmissis Omnipotenti Deo rationem suis loco, et tempore reddi: turos.

De Depositario Pignorum Executionum, et ejus Salario, et Officio

Caput XLVI.

Extrahatur unus Civis in quolibet Semestre de Bussolo conficiendo de Civibus Concilianis, et reponendo, et conservando, ut s.a qui teneatur, et debeat omnia, et singula Pignora, quæ, durante suo Officio, si: bi afferentur à quocunque Officiali d.æ Civitatis, tam ad instantiam Cameræ, quam particularis personæ vigore cujuscunque Commissio: nis, tam ex Caussa Civili, quam Criminali, et mixta recipere, et successive illa particulari Libro per eum conficiendo, et cartulando

describere, et annotare diem, mensem, et Annum, in quibus dd.ª Pignora desferunt, Nomen# ejus, cui dicta Pignora fuerunt ablata, et Nomen Creditoris, ad cujus Instantiam executio facta fuit, ac etiam apponere numerum omnium Pignorum pervenientium ad ejus manum, in ipsis v.º pignoribus apponat, et describat nomen ejus, cui fuerunt ablata, et numerum Pignorum ad hoc, ut n. possit confundi, vel aberrari. Dictaque Pignora in loco debito per eum diligendo conservare, Officialibus deferentibus executiones, quę sibi debet ex forma Statutorum d.ª Civitatis persolvere teneatur; Postquam v.º d.ª Pignora retinuerit per mensem à die consignationis sibi factę computandum teneatur illa in Platea Veteri, vel alio loco sibi viano in publicum extrahere, et Civem assistentem vocare, et adhibere unà cum Przcone, et sono Tubę premisso plus Offerenti vendere etiam juxtà formam sequentis Capituli, pretium, qd. ex dd.ª Pignoribus redigetur Nomen, et Cognomen emptoris, ac diem Venditionis, et nomen ejus, cui fuerunt ablata pignora describere, et adnotare qd. pretium retenta ipsius quantitate per eum exbursata prò executione, et Quatrenis sibi prò quolibet Pignore Creditori, et ad cujus instantiam fuerunt ablata pignora prò Sorte Principali, et expensis legitimis volumus persolvi, si quid reliquum fuerit ex dicto pretio Jure, et Equitate suadentibus illi, cui fuerunt ablata pignora fideliter assignari, et reconsignari mandamus. Habebit prò suo Salario, et Mercede Florenos duodecim ad rationem 50. Obulorum prò quolibet Floreno. Declarantes, qd. Magcis Dnis Prioribus, et Novem Viris, vel Viris ab eis deputandis teneatur reddere rationem, et stare ad Syndicatum de dicto suo Officio, et quod teneatur ad interesse damnum passo, si

\# et Cognomen, et Patriam Officialis ipsa Pignora deferentis Nomen #

quid ejus incuria, aut negligentia devastatum, deterioratum, vel de=
perditum fuerit.

De Assistente Venditioni Pignorum, et ejus Officio, et Salario
Caput XLVII.

Eadem erit ratio servanda in creando, et extrahendo uno sive pro uno Semestre, qui debeat assistere venditioni Pignorum fa=ciendæ per Depositarium dictorum Pignorum, qui quoties vocatus, aut requisitus fuerit à d.o Depositario, teneatur et debeat accedere, et Venditioni assistere sub pœna 50. Solidorum ab ipso Contrafacien=te de facto auferend., et Communi Fulginei applicand.; in ipsa autem venditione partes ipsius adsistentis erunt inspicere pro ejus Judicio, et Conscientia, ne aliqua Venditio fiat præcipitanter, et nullo minori pretio, quam Pignus valeat, et quod in venditione adsit Dolus Malus, et non habeatur ratio, vel acceptio Personarum. Teneatur, et debeat de Pignoribus venditis particulariter à se in Libro per ipsum conficiendo men=tionem facere, videlicet, diem, Mensem, et Annum Venditionis, no=men, cognomen, et Patriam emptoris, Nomen ejus cui fuerunt ablata Pignora, et nomen ejus, ad cujus instantiam fuerunt ablata et numerus Pignorum, et Pretium, seu Quantitatem Pecuniarum ex eis redacta, ita quod re=quirentibus possit haberi clara notitia, et in fine sui officii teneatur dictum Librum DD.s Prioribus consignare, scriptum, et authenticatum saltem nomine, cognomine, et tempore Officii ipsius ejus adsistentis reponend. in Archyvio Communis. Habebit pro suo Salario Florenos sex sibi per=solvendos à Camerario Communis in fine dicti sui Officii, et servata per eum forma superius tradita, et non aliter, et non alio modo.

De Civibus super Prohibitione Vini Forensis

Caput XLVIII.

Ex Veteri Instituto Civitatis Fulginii, et per Apostolica Indulta approbato cautum est, ne Vinum forense cujusque Generis possit non solum vendi, sed retineri in d.a Civitate, et ejus Comitatu, et Territorio in certa parte Anni in dd. Litteris Apostolicis expressa, quas hic inseri mandamus conducere, et salubre esse Civitati, putavimus de Civibus providere, qui Legem Conditam tueantur; Statuimus igitur, ut Bini Cives de Bussolo more solito conficiendo, et retinendo extrahantur in quolibet semestre, qui si eis videatur in principio eorum Officii publica Bandimenta mitti faciant per loca solita d.ae Civitatis, ne quis tam de d.a Civitate, quam ejus Comitatu, et Districtu Incola, Habitator, aut Forensis possit Vinum Forense vendere, nec retinere sub pœna in dd. Litteris Apostolicis latius expressa, et amissionis Vini, et Vasi, quo d. Vinum continebitur applicandorum pro medietate Cameræ d.ae Civitatis, et pro alia medietate dd. Civibus, qui Cives successive possint, si, et prout eis videbitur, particularium Personarum, non solum Tabernas, et Hospitia, sed Domos interius perquirere, et investigare, an d. Vinum Forense vendatur, et retineatur a Civibus prædictis, volumus præstari patientiam, et obedientiam sub eadem pœna; dictique Cives teneantur retinentes, aut vendentes Vinum contra formam prædictam compellere ad solvendum pœnas supra expressas, declarantes, quod nemo excusari possit sub prætextu, quod Vinum Forense retineatur pro usu suo, et Familiæ.

Tenor supradictarum Litterarum Apostolicarum in Forma Brevis.

Paullus Papa Tertius Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem; Votis Fidelium Omnium   præsertim ex quibus Pauperum Personarum necessitatibus, et Commoditatibus consulitur libenter annuimus, ac iis, quæ propterea Statuta, et Ordinamenta dicuntur,

ut illibata persistant, ad à Nobis petitur Apostolici Numinis
presidium propensius impertimur. Exponi nuper fecistis, qd alias Vos
in Concilio Centumvirali istius Civitatis Nostre Fulginaten pro in=
frascriptis, et forsan aliis rebus, et Negotiis utilitatem, et Bonum dicte Civi=
tatis, et illius Hominum, et presertim Pauperum Personarum concernentib
peragendis congregati attendentes, qd ex emptione Vini Forensis, que
per Hospites, et Tabernarios d.e Civitatis in dies fiebat in maximum
ejusdem Civitatis, et precipue pauperum Personarum ejusdem, que ob d.
emptionem chariori pretio Vinum, qd ex Vineis, et aliis Possessionib
d.e Civitatis, et ejus Districtus colligebatur, emebant prejudicium tende=
bat ex his, et forsan aliis de causis, qd Nullus Hospes, et Taberna=
rius, nullusque alius aliquo quesito colore Vinum Forense à tempore
Vindemiarum usque ad Nundinas, tu principales prorogatus, qm gra=
tiates de dimidia Gabbella dicte Civitatis cujuslibet anni, animo tum
revendendi, emere, seu emi facere posset sub certa pena statuistis, et
ordinavistis, prout in Scripturis publicis desuper confectis plenius continetur;
et sicuti eadem expositio subjungebat, vos cupitis, Statutum, et ordinationem
hujusmodi pro illorum subsistentia firmiori nostro, et Sedis Apostolice Mu=
nimine roborari. Quare Nobis humiliter supplicari fecistis, ut Statutum
et Ordinationem hujusmodi, ut firmius subsistant, approbare, et confirma=
re, aliasque in premissis opportune providere de Benignitate Apostoli=
ca dignaremur. Nos igitur, qui singulorum Vobis quantum cum Deo possu=
mus libenter annuimus predicti Statuti quarumcunque Scripturarum de=
super quomodolibet confectarum tenores presentib pro expressis habentes
hujusmodi supplicationib inclinati premissa omnia, et singula et
desuper per Vos ordinata, et Statuta Auctoritate Apostolica tenore
presentium approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos tam Ju=
ris, qm Facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem supplemus,

ac perpetuo observari debere, et sic per quoscunque Iudices quavis au=
thoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alias iu=
dicandi, et interpretandi facultate, interpretari, et judicari debere. Nec
non quidquid secus à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari irritum, et inane decernimus, et declaramus; et nihilo-minus
pro potiori cautela praemissa de novo authoritate, et tenore praemis=
sis statuimus, et ordinamus, mandantes Venerabilibus fratribus Perusin., et
Fulginaten. Episcopis, sive eorum in Spiritualibus Vicariis glibus, quate=
nus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, et
in eis contenta quaecunque, ubi, et quando opus fuerit, ac quoties
pro parte Vestra fuerint requisiti sollemniter publicantes, vobisque
in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate
nostra statutum, et ordinationem hujusmodi firmiter observari. Contradi=
ctores quoslibet, et Rebelles per Censuras, et poenas ecclesiasticas, ac alia
opportuna Iuris remedia, appellatione postposita compescendo, invo=
cato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii saecularis. Non ob=
stantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et d.ae Civitatis etiam
Iuramento Confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia robora=
tis statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoque, et Indultis, ac literis
Aplicis quibusvis Personis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum qui=
busvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, et
insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis, et alias quomodolibet con=
cessis, confirmatis, approbatis, et innovatis quibus omnibus, illorum tenores,
ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expres=
sis habentes illis, alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat
specialiter expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.
Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris 18. Novembris 1541.
Pontificatus nri Anno octavo. El: de Tarvis: Ca: decursius + Dilectis

Filiis Prioribus, et Communitati Civitatis Nostrae Fulginaten.

De Civibus super Pretio Vini Venalis

Caput XLIX.

Quia medela ad salutem, si fieri potest, non ad interitum paratur, ut non ex praecedenti Capitulo Beneficium, et non praejudicium, aut penuria resultet: Statuimus, et Ordinamus ut Bini Cives ex Bussolo more solito extrahantur ad semestre, quibus plenariam, et omnimodam potestatem concedimus providendi, ne Vinum à quavis Persona minutim possit vendi, nisi de licentia ipsorum Civium, et nisi justo, et concedendo pretio per eos imposito, sive imponendo inspecta Vini, et temporis qualitate, sub poena lib: quinque denar: pro quatt. salma Vini contra formam praedictam vendendi, et à quolibet contrafaciente auferenda, et pro medietate Coi Fulgi: et altera medietate dd. Civibus applicanda.

De Civibus ad Carceratos

Caput L.

Licet à Iure Officiales, et sufficientes praesumantur à recto non recedere nihilominus experientia comprobatum est, quod Officiales quandoque aliquo particulari affectu ducti Carceratos nimis rigorosae quaestioni subjiciunt. Volentes huic Morbo salubriter providere, statuimus, quod duo Cives Conjuncti de Bussolo faciendo de Civibus de Magnifico Numero extrahantur pro uno semestre, qui quando acciderit, quod aliqua persona tam de dicta Civitate, quam de Comitatu etiam forensis etiam retineatur in Carceribus à Magco Dno Gubernatore, à Dno Potestate, vel aliquo Officiali dictae Civitatis pro aliquo Crimine, sive excessu sibi imputato, contra quem urgerent indicia ad examen rigorosum, et

Tortura debeant Cives Prædicti vocari, et certificari ab eo, qui Carceratum retinebit ad interessendum d.o examini, ut dd.i Offes salvo dd. Civium præsentia perterriti ab injuria, et ab excessu tormentorum abstineant, qui sub pœna præstiti Iuramenti, et sub Censuris, de quib. in Capitis Magni Numeri n possint aliquid revelare de Confessionib. coram eis factis.

De Præfectis Arcaturæ, et eorum Officio et Salario

Caput L1.

Inter res illas, quas maximopere Coi Fulginij interest conservare, et manutenere, Clausura Fluminis, sive Arcatura est connumeranda merito de aliquo auxilio, de ipsius manutentione duximus providendo, statuimus igitur, et ordinamus, ut per magnificum Consilium, sive deputandos ab eo fieri debeat Bussolus de Civib. Consiliarijs, qui bini in Breviculis describantur, qui deinde reponantur, et conserventur more solito de quo Bussolo in quolibet Quatrimestre extrahatur unus ex dd.s Breviculis continens nomina duorum Civium, qui sint, et esse debeant pro dd.s quatuor Mensib. Præfecti d.æ Arcaturæ, qui teneantur frequenter inspicere, et revidere; et si eis videatur Camerarium Coi secus adhibere, et curare, ut semper aliquid pro manutentione d.æ Arcaturæ fiat, multa enim à principio parva impensa emendantur, quæ tractu temporis, nisi provideatur maximum afferunt præjudicium, damnum, et incommodum poterunt ipsi Cives dd.i Dnos Priores, qui pro tempore fuerint decenter requirere, ut ad d. Arcaturam accedant pro ea inspicienda, et ut eis de eo, qd opus fuerit, provideatur, pro quorum Civium mercede una Salma Grani, vlt, media Salmam pro quolibet ipsorum à Camerario Coi consignari mandamus, dabunt opera dd.i Cives, ut ne se dicta mercede simul, et commendatione indignos reddant.

// De Præfectis Cavatinæ Fluminum //

// Caput LII. //

Eadem ratione moti, de qua in proximo Capite fit mentio, statuimus, et ordinamus, ut simili modo fiat, et conservetur Bussolus Civium Consiliariorum, de quo ternati extrahantur Cives in extractione facienda de Magistratu, ceterisque Officiis pro uno Anno inchoando à Kalendis Januarii et finiendo ultima Decembris. Qui post acceptum per eos Officium, et præstitum per eos Juramentum debeant diligenter inspicere, et curare, ne aqua ab aliqua Particulari Persona divertatur, occupetur, aut impediatur, vel Ripis, aut Cavatinis, vel aliquo Ædificio noviter constructo impediatur, quin immò omne impedimentum, aut aquæ diversione, aut occupatione removeant, et removeri faciant, invocato ad hoc, si opus fuerit, Auxilio Magni Consilii Jusdicentium in d.ª Civitate, et si opus fuerit, Præsidis Provinciæ. Provideant aliquo tempore opportuno, et minus incommodo, ut saltem semel in anno Alveus Fluminis intus d. Civitatem emundetur, et excavetur per societates, et Syndicatos adjacentes juxta consignationes, et terminationem hacthenus factas, adhibentes in prædictis Camerarium Cois, ac Magistrum Molendinorum, seu super Molendinis, qui pro tempore fuerint inobedientes mulcta, et pœna 10. lib: à quolibet Universitate contrafaciente auferendi, et Coi Fulg.i applicandi, puniant. Mandantes signanter, et expresse dd.s Cives, ut procurent, ut immunditia, et illud, quod excavatur ex Alveo Fluminis non in aliquo Loco propinquo, et declivi reponatur, ne de facili in pristinum locum labatur, et Alveus recidivum impedimentum recipiat. Pro quorum Civium Salario et Mercede dimidiam Salmam Grani cuilibet ipsorum per Camerarium Cois consignari mandamus, servata, et adimpleta per eos forma superius tradita.

// De Locatoribus, sive Appensionatoribus Apotecarum //
// Tempore Nundinarum Fulginii //
// Caput LIII. //

Cupientes fraudibus obviare, et Indemnitati Comitis, quantum in Nobis est, con=
sulere, statuimus, et ordinamus, ut dd. Numero Consiliariorum more solito
fiat, reponatur, et conservetur Bussolus, in quo ternatim Cives in Brevicubis
describantur, et in extractione facienda dd. Magistratus die 21. Martii fi=
at extractio dd. uno ex dd. Brevicubis continente nomina trium Civium
qui sint, et esse debeant pro Nundinis nunc proxime, et immediate sequen=
tibus locatores, et Appensionatores Apotecarum particularium personarum, et
earum, quae pertinent ad Jus Publicum. Qui una cum Camerario Comitis in
principio ipsarum Nundinarum teneantur per unum ex Famulis dd. Priorum
adnotare, et describi facere nomen ejus, ad quem pertinet d.a Apoteca, et
Nomen Mercatoris forensis Conductoris, signando Apotecae finibus, et late=
ribus, et quantitatem, pro qua d.a Apoteca fuerit ab eis locata, et circa
finem Nundinarum ante recessum dd. Mercatorum debeant se cum Camera=
rio, et Famulo praed.o ad quamlibet dd. Apothecarum particularium confer=
re, et accedere, et ab ipso Conductore, non autem a Locatore exigere
integraliter tertiam partem totius ejus quantitatis, pro qua d.a Apoteca
fuerit appensionata, dictamque tertiam partem in manibus d.i Camerarii
persolvi, de ea redditurum rationem suis loco, et tempore; et quia multo=
ties experientia docet, nonnulli sub praetextu Magazzenorum, Came=
rarum, et aliarum commoditatum, quae Mercatoribus impendunt, quaerunt
pensiones Apotecarum extenuare tribuentes Magazzenis, et Cameris, quae
nullo oneri sunt subjecta; volumus, ut dd. Cives ex bono integro
Concilio, et Conscientia provideant, ne Comiti fraus inferatur, dantes
dictis Civibus non solum in praedictis, sed in quibusque aliis eorum Officium
concernentibus potestatem Juramentum actualiter deferendi tam Locatori,
quam Conductori pro veritate habenda, dantes etiam eisdem plenariam fa=
cultatem, quod si ipsis videbitur, pensionis summas, qua dicunt Locatores, et

Conductor Apotecæ locatæ non esse condecentem, et majori pensione credant illas fuisse locatas, et conductas, ut possint præfati Cives, et Camerarius de hoc, et quæ pensio videatur congrua dictæ Apotecæ se ipsos informari, et juxta d. informationem habitam ad d. Cameram partem Pensionis solvendam Conductorem adstringere, nedum non tam contra Conductores, quam Locatores executionem realem, et personalem faciendi, et alia gerendi, et exequendi in præmissis necessaria, et opportuna, ita ut d.a Communitas Fulginii debitam ejus Ratam, et Portionem integraliter consequatur. Pro salario dd. Civium Florenos tres Monetæ Currentis cuilibet ipsorum post absolutam integram exactionem assignari mandamus per Camerarium Coïs. et in Archyvio Coïs Bastardellos, in quibus d.æ Locationes, et extractiones fuerint descriptæ per dictos Cives deponi.

De Collegio excellentissimorum Doctorum

Caput LIV.

Etsi temporibus elapsis, ut credimus, ob Studii Perusini Vicinitatem non fuerit in Civitate Fulginii confectum [...] in quamplurimis aliis, quamvis in eis Studium docentium non adsit aliquod Doctorum Collegium cum aliquali solita auctoritate, quæ, ut licita, et à Summis Pontificibus nunquam improbata extollere consueverunt Urbium Famam animare Litterarum Possessores ad Nobile, et Famosum Ejus exercitium in cujus quidem possessione justæ æmulationes solent elevari animos iisdem studiis inflammatos ad eminentiores Honorum Gradus, qui (ut videmus præsertim in Urbe Romæ) passim

eruditis, et litteratis Doctoribus concedduntur, nihilominus non deferunt
in ea doctissimi, et excellentissimi Viri, quorum Nomina, et Cogno=
mina, ne Nobis fere ipsis blandiri, et adulari videremur, silentio
praeterire operae pretium fore existimamus. His igitur, et moribus
nostrae Civitatis maturius consideratis Collegium praedictum cum infrascri=
ptis Capitulis, et conditionibus approbandis à SSmo Dno Nro introdu=
cere, et creare deliberavimus, et in primis, ut Collegium Doctorum
non habeat Numerum diffinitum, sed omnes, qui ad Gradum Doctora=
tus conscenderint modo, et forma, ac conditionibus infrascriptis itelli=
gantur, et esse debeant, et sint de dicto Collegio Doctorum Civitatis Ful=
ginei. Quicunque enim per solitum examen Gradum Doctoratus
acceperit in aliqua Civitate, in qua Collegium habentium talem fa=
cultatem Doctorandi adsit, vel in Urbe Romae per Collegium Advoca=
torum Concistorialium, vel in Civitate nostra per Collegium nostrum cum
infrascriptis sumptibus, et expensis ille esse possit, et debeat, intelligatur
de Collegio Doctorum Fulginei. Expensae, et sumptus laureandorum
in Collegio dictae Civitatis Fulginei in utroque Iure ascenderit ad sum=
mam 12. ducatorum Auri, nisi aliter ~~ex~~ gratia (attenta paupertate,
et qualitate Personae) dictis Doctoribus de Collegio videretur, et pro uno gradu
tantum dimidius sumptus praedictus intelligatur. Doctorati vero in aliquo
alio Collegio non ingrediantur Collegium praedictum, nisi prius facta fi=
de legitime de eorum Doctoratu, et solutis Scutis quinque Auri
Collegio praedicto. Item Laureandi in antedicto Collegio debeant ele=
ctis arbitrio suo ~~duob~~ duobus Doctoribus Compromotoribus adire Reverendum
Dnum Vicarium Rmi Dni Epi Civitatis Fulginei ~~exhibitis confessionibus~~
ab eodemque reverenter petere, sibi dari Puncta, videlicet Unum in

Iure Civili, et aliud in Iure Canonico, in quorum assignationem dd. Revdmus Dnus Vicarius libros coram eo per duos Famulos dd. Priorum d.ae Civitatis Fulginii exhibitos confestim, et forte fortuna aperire debeat, Legemque seu Capitulum adveniens, vel utrumque, si in utroque Doctoratus gradum accipere voluerit, ex improviso in punctis ei ad oblata assignare. Qua assignatione Punctorum facta hora vigesima secunda, habeat tempus ad studendum, et istud tantum otii datum esse censeat usque ad diem subsequentem per horam ante prandium. In recitatione autem dd. Punctorum ordinem alias in aliis studiis servari solitum quam citius se expediendo, quoniam non ad docendum accedit, sed ad demonstrandum se adeo profecisse, ut praemio Laureae coronari debeat observare, si obnoxius quem ordinem, et ritus, ut notissimos, et vulgare praetermittendos hic duximus. Compromotores autem sui habita d.a recitatione Punctorum cum aliquali Oratione unus ex dd.s Compromotoribus a d.o Laureando eligendus ipsum insigniat per appositionem Birreti, per appensionem Librorum, per Anuli dationem, et per osculum cum Benedictione, et in istis omnibus exprimat virtutes, et significationem omnium praedictorum, eo modo, quo magis placuerit Compromotori praedicto, Concionante tamen eo antequam ad ipsum coronandum veniat in laudem, et Honorem Laureandi. Qui Laureandus postquam in Collegio publice Puncta recitaverit, eo in medio suorum Compromotorum sedente exire debeat ex Collegio una cum dd.s suis Compromotoribus, ipsisque extra locum permanentibus Scrutinio per Apodissas continentes // approbo, et reprobo // videri debeat, an d.a Laurea sit dignus necne, et si plures fuerint approba, quam reproba, tunc intelligatur esse approbatus, et ut Doctor erit de Collegio, si sit Fulginatensis, sed si Forensis, ut Doctor tantum, sed non ut

73v

de Collegio. Si vero plura fuerint reproba, tunc intelligatur exclusus, et semel tantum aliud de eo Scrutinium fieri possit ultra primam vicem, et si approbatus fuerit ut supra, tunc à Bidello per d. Collegium eligendo vocetur insimul cum Compromotoribus suis, et sedentibus ut supra in eminentiori loco fieri debeant, et observari, quae superius diximus in traditione Laureae. Debeat etiam in principio quolibet duorum mensium creari unus d. Collegii, cujus Prioratus Potestas duret per dd. suos menses, in cujus quidem Prioris Manibus dd.a approba, et reproba offerantur, illisque bene lectis in praesentia Notarii, qui eligetur à d. Collegio, et paribus numeratis videatur, an sit approbatus, vel reprobatus.

// Modus eligendi Priorem sit, ut imbussolentur omnes Doctores, //
// et in fine quorumlibet duorum mensium per //
// Priorem praecedentem extractio novi Prioris //
// fiat coram Notario, qui curam Bussolae //
// et loci ipsius Collegii habere te= //
// neatur //

// Caput LV. //

Debeat etiam ulterius, ut diximus, eligi Notarius, sine aliquo tamen Salario ad beneplacitum d. Collegii, qui ultra praedicta de omnibus, quae in d. Collegio fient, et fieri contigerit, rogatus esse debeat. Et quoniam, ut ajunt, nullus labor sine Praemio emolumentum d. Notarii sit confectio Privilegiorum Doctoratus, pro quo possit accipere unum Aureum tantum, et non ultra, et cogere Laureatum ad elevandum d. Privilegium, soluto tamen uno Scuto Aureo. Et de caussis, quae delegaventur Collegio praedicto non possit alius Notarius rogari, nisi Notarius Collegii: et hoc etiam intelligatur cedere emolumento ipsius, salvo tamen, et semper reservato arbitrio in elargiendo, siquid ultra Notario praed.o juxta ipsius labores, et Factorum

Contingentia videretur. Possint etiam delegari, et committi causse pro rescripto dicto Collegio, nedum à Legato, sive ejus Vice Legato Provinciæ, sed etiam à Gubernatore dictæ Civitatis; Prior autem Collegii debeat tractare Causas prædictas, et coram eo acta fieri, ipseque interloqui possit usque ad sententiam definitivam esclusive; quæ sententia finito Processu per Collegium feratur cum votis accipiendis viva voce à Notario, et major pars intelligatur prævalere, de quibus omnibus caussis Collegium accipiat sestium, examen, et Viatica, si, et quatenus opus esset accedere ad locum per dicti Collegii Priorem, et Sportulas juxta Taxam, et morem ejusdem Civitatis Bulgariæ, distribuendo tamen omnia lucra inter dictum Collegium, et Doctores viriliter, et pro portione. Item, quoniam Legis virtus est dare formam futuris negotiis, et ne alicui injuria fiat, statuimus, quod omnes, qui hodie Doctorati sunt, vel in Collegium, vel extra, vel per Privilegium, vel alio quoque modo intelligantur esse, et sint de hui: Collegio, exclusis penitus in futurum omnibus illis, qui per contrarios tramites supradictis ad dictum Collegium nostrum anhelare tentaverint. et quia dignum est, ut Doctores, qui publicis certaminibus ad omnium hominum utilitatem, et rerum publicarum conservationem quotidie certant, et defatigantur, aliud etiam nobile insignium gerant præ ceteris cum utrumque tempus, et Bellorum, et Pacis ab illis recte gubernari debeat, ideò Equites, et Comites Palatini, qui Equites aurati vocantur cum omnibus facultatibus, privilegiis, et exemptionibus solitis, et consuetis ipso jure fiant, et esse intelligantur statim quod ingressi sunt Collegium nostrum antedictum, et ut de Collegio recepti, et approbati. Præcedentiæ autem nullæ sint in Collegio, nisi respectu antiquioris dignitatis gradus, et omnes Doctores Bulgariæ, et ad dictum Collegium quavis dignitate, et Magistratu fungentes accedere volentes suo loco gradus residere debeant; neque ob dignitatem, seu Magistratum eminentiorem locum ascendant, nullæque etiam sint separationes lucrorum,

nisi pro æquali portione, exceptis Compromissoribus eligendis, ut superius diximus, et Priore, qui habere debeant pro ipsorum laboribus ultra alios grossos quinque pro quolibet; nullusque ex dd.s Doctoribus sub pœna perpetuæ privationis a d.o Collegio illud adire possit, et in eo intervenire nisi togatus, et cum Soleis sericis. Toga autem ea sit, qua uti solent Doctores, nullusque ex Doctoribus prædictis possit petere portionem suam ajusti lucri pertinentis ad d. Collegium, nisi præsens fuerit, dummodo eidem intimata fuerit convocatio Collegii, vel domi, vel in persona, quam intimationem fieri debere a Bidello jubemus, neque excusari valeat ægritudine, absentia, caussa Reipublicæ, et quavis alia justa caussa, sed totum cedat lucro Doctorum adstantium. Possit etiam Collegium prædictum inter ipsosmet Doctores addere, et diminuere istis legibus, et Statutis, ac decernere, prout sibi magis placuerit, et videbitur, et prædicta inter ipsos Statuta inviolabiliter ab eisdem observari debeant.

// De Collegio, et Constitutionibus Notariorum //

// Caput LVI. //

Sequitur, ut post Collegium eximiorum Doctorum hactenus de Collegio, ejusque constitutionibus, et Statutis Judicum, et Notariorum ejusdem Civitatis Vulg.e, in qua licet hactenus viguerint nonnullæ Constitutiones, quæ partim in desuetudinem abierunt, partim vero ob temporum, et morum claritatem alia exigant observantia, et ordinationes, eas tamen ubi opus videbitur, approbabimus, ubi non reprobabimus, infrascriptisque Ordinationibus, et Statutis standum esse duximus decernentes, non obstantibus in contrarium aliis ordinatis, et Statutis. Collegium Notariorum sit, et esse intelligatur, ne alicui injuria fiat, et quid in futurum illud reformare intelligimus de omnibus, et quibusque Notariis, qui usque in præsentem diem juxta Stylum, et consuetudines præteritas approbati, et descripti fuerint in Matricula,

dummodò nova Matricula fieri debeat, in qua denuò prasi itenus
assumpti describantur, et Notarii in hoc novo Collegio, ut inferius ordi=
natur, esse intelligantur aggregati, ad officiumque Tabellionatus
habiles effecti. Doctores omnes de Collegio, qui solverint in manibus Came=
rarii Collegii Notariorum præfati inferius deputandi Scutum Unum
cum dimidio de Collegio etiam Notariorum esse intelligantur cum Infris
facultatibus. Prima erit, ut participes esse debeant omnium, et quorumque
Lucrorum pro eorum rata, sicuti, et ceteri Notarii erunt, eminentiore=
que, ac primarium locum tenere debeant, exceptis Consulibus præfatis statim
subjacemus. Tres Proconsules eligantur, quorum duo sint de antiquiori=
bus Notariis Collegii eo modo, quo statim declarabimus, alter vero sit Doctor eli=
gendus, et imbussolandus modo, et forma infrascriptis, isque semper es=
se Prior intelligatur. Habeant pro eorum salario, et officio, quod per
sex menses durare tantummodo intelligatur 20. libras Marchiæ pro
quolibet extrahendas ex lucris, quæ in manibus Camerarii Collegii repe=
rientur de Introitibus, et Assignationibus eidem Camerario, et Collegio præ=
fato, ut infra dicemus, datis, et faciendis. Officium Camerariatus durare
debeat per Annum, et Camerarius sit obnoxius tenere Librum computorum
distincte, redderque rationem suæ Villicationis, finito anno in ma=
nibus novorum Proconsulum, et relinquere in Archyvio Librum ejus Com=
putorum, postquam à Proconsulibus, et in hac parte revisoribus fuerit ap=
probatus, ut juxta veritatem descriptus. Introitus, et emolumenta
Collegii sint solutiones faciendæ à Doctoribus, qui ingredi, et aggre=
gari voluerint ad d. Notariorum Collegium, sintque etiam solutiones
faciendæ ab illis, qui creari in Tabelliones desideraverint, et in

Matricula, et Collegio Notariorum describi, ciusque etiam emolumento, et utilitati cedat omne lucrum, quod fiet à Camerario, sub nomine Collegii, et Proconsulum ab illis, qui fidem habere quaesierint de legalitate Notariorum Fulginei, cui quidem Camerario unum grossum solvere teneantur, cui etiam additum sit, ex quo officia ad Notarios spectantia è Pixide extrahuntur quolibet semestri, ut pro quolibet officio, ad quod sorte fuerint assumpti, seu alii exercere voluerint quolibet semestri debeant accipere licentiam de exercendo, et solvere juxta infra descriptam taxationem, alias illud exercitare non possint, et praedicta à Camerario scribi debeant, à quo de omnibus praedictis emolumentis computa ut supra diximus, distincte teneantur. Electio Proconsulum fiat hoc pacto, ut omnes Notarii, qui per Annos 25. creati fuerunt Tabelliones imbussolentur cum parvulis apodissis continentibus nomina, et cognomina Notariorum, ac deinde sorte extrahantur cum infrascripta sollemnitate. Paritque fiat Imbussolatio Doctorum de Collegio Notariorum, separatim, et extractio eodem tempore sequi debeat, ut diximus. Fiat, et alia Imbussolatio caeterorum Juniorum, qui omnes imbussolati Camerarii extrahi possint, dictumque Camerariatus officium exercere cum supra descriptis oneribus, et cum salario 25. librarum de Marchia pro quolibet Anno. Omnes enim sic imbussolati in die extractionis omnium aliorum Officiorum ad Magcam Commtem spectantium praesententur coram Magco Dno Gubernatore, et ab ipso juxta morem aliorum sorte extrahantur, et deinde reponantur, et custodiantur usque ad aliam novam extractionem. Volentes autem, et desiderantes de caetero creari Notarii Civitatis Fulginei, et esse de Collegio praedicto, sive sint nati in Civitate Fulginei, sive in ejus territorio, et districtu habitant, et habere debeant, necessariumque sit, quod nulli infrascriptis qualitatibus in eis

Modus circa creationem novi Notarii

deficiant, Vtr: Qui ætate Viginti Annorum attigerint, absque eo qd de aliquo Crimine, seu delicto Capitali culpati fuerint, et qd Institutiones Imperatorias saltē per annum audierint, natique sint ex Patre, et Matre Dulcignis, vel de ejus territorio, et Comitatu, et qui nunqm, neque ipsi, neque eorum Parentes fuerint adversarii, aut lite habuerint cum Comte Dulcignis, sive Licentia Concilii ejusdem Communitatis, et de istis omnibus fidem faciant coram Proconsulibus, antequam proponantur in Collegio. // Habito à Proconsulibus Testimonio legitimo super præmissis qualitatibus proponantur in Collegio eligendi in Tabelliones, et aggregandi, antequam Tabelliones fiant ad effectum, ut unicuique de Collegio innotescat persona affectans creari Notarius, et contra ipsam adhuc opponi possit, si quid deest, propter qd non possit, neque debeat acceptari, ut efficiatur Notarius, et de Collegio // Et si fuerint judicati idonei, ut proponantur tunc una die pro alia, et Camerarii cum Collegium intimet, ac facta coadunatione compareat Laureandus, suique desiderium per Orationem directam Consulibus, et Collegio publice omnibus audientibus, etiam qd non sint de Collegio, exponat: eoque per responsionem Latinè fienda à Proconsole Doctore publice ex decreto Collegii recepto; Remotis alienis, qui non sint de Collegio fiat examen sub infrascripta forma, et conditione // Unusquisque dd. Proconsulum incipiendo à Priore ex Improviso, ut Vulgo dicitur // Li dia un Latino per quella regola, che li piacerà //; cogatque deinde ipsum ad recitationem unius Instrumenti illa in materia, quæ eidem magis libuerit, et in mentem venerit, præstito tamen prius Juramento super Evangeliis ab eisdem Proconsulibus, qd nullam cum eo collusionem fecissent, neque animadvertissent, de quibus ipsum interrogaturi essent: Hisque omnibus peractis faciant ipsum eligendum scribere dimidiam partem unius dimidiæ Cartæ, eaque sic scripta omnibus de Collegio adstantibus deferatur, ostendaturque, ut sciant cuncti, an ultra peritiam contractuum, et humanarum Litterarum valeat ad scribendum, et Characteres

suam literam sint bene compositi, et intelligibiles. Post præcedens examen sub conditione præd.[a] eligendus mittatur foras, et per Apodissas continentes // approbo, vel reprobo // porrectas in manibus Camerarii videatur à Proconsulibus an sit à majori parte approbatus, vel reprobatus, et si approbatus est, statim intelligatur effectus Notarius, et de Collegio, omniaque Notariis, et Tabellionibus incumbentia exercere possit cum solitis signis, et Rogitibus, et in Matricula cum ejus signo ab ipso assumendo subito describatur, præstito etiam Juramento per ipsos de non reprobando, neque approbando alium Notarium, nisi juxta Capitulorum tenorem, et conscientiam ipsius, semoto penitus omni odio, et malevolentia. Si vero fuerit reprobatus, tunc debeat abstinere per annum vacando interim literis, et arti scribendi, quia ut minus idoneus debeat censeri reprobatus, et elapso anno iterum ad idem examen, et sollemnitates reverti possit, et si denuo reprobatus fuisset sine spe ulterioris admissionis perpetuo censeatur exclusus, et nihilominus quod deposuit penes Camerarium, ut infra dicemus eidem non admisso restituatur præter binos carolenos remansuros apud Camerarium pro ejus laboribus invanum passis; Teneaturque d.[s] eligendus deponere ante omnia in manibus Camerarii unum Carolenum pro quolibet Notario vivente, et in Matricula descripto, quem facta approbatione Notarii eligendi distribuat cum augumento portionum Notariorum deficientium, et non adstantium, quos nulla caussa quantumcumque justa excusset, sed totum accrescat Interveniéntibus. // Qui vero aliter, quam modo prædicto in Collegio nostro in futurum Notarii electi fuerint, seu approbati, non possint sui, neque gaudere aliquo Officio Commissis, neque rogari, neque Instrumentum conficere in Civitate, Territorio, ac Dominio Fulginaten, et si secus facti fuerint omnia sint ipso Jure nulla, neque valeant, neque fidem faciant, neque pro eis ea judicari possit, et habeantur perinde ac si à privata persona confecta fuissent, nulla penitus auctoritate, et facultate fungenti. Ad omne damnum Proconsulum Collegium convenire debeat, mandatum vero, sive intimatio faciendæ coadunationis fiat à Proconsulibus per Publicum

Bajulum, et per edictu in valvis Loci, in quo conveniat Collegiu, et qui in Civitate pntes fuerint, et n obedierint accedendo ad Collegiu, nisi in lecto ægroti jacuerint per annu constanti exclusi ab omni participatione emolumentoru, et Officioru, quæ dant Notariis de do Collegio, neque ipsoru Contumacias purgare possint, seu in pristinu restitui, nisi solutis infra duos menses à die eoru Contumaciæ £ 20. Bononienis in manib. Camerarii ejusde Collegii, et prdta inviolabilit observari decernimus absque eo qd censeat aliquo pacto huic Capitulo derogatu, sive derogari possit per ide Notariorum Collegiu // Quam Sanctionem optima esse, et Sanctam existimavimus, quoniam ex frequenti ejusde Collegii coadunatione, et Co[illegible] n est ambigendum in dies augendu fore reformandu, ejusque Collegii Capitula observandum, et Proconsules, qui Collegio præsunt non desiderendos, du mandant, prout justu, et rationi consentaneu est; Possintque etia int eosde statuere addendo, et diminuendo, ac declarando, pt majori parti Collegii justu, et conveniens magis visum fuerit. Habeant, et particularem Bajulum, seu Nuntium cu salario dedo à prdo Collegio constituendo, qui præceptis Proconsulu obediat, inserviat, prout ab eisde imperatum fuerit. //

// De Contractibus, aliisque Rogationibus Scribendis, //
// et ad Librum ponendis //
// Caput LVII. //

Dispendiosas, ac damnabiles quonudam Tabellionu desidias, qui vitio negligentiæ dediti Scripturas, de quib. rogati sunt, ut plurimu in Libro ponere totalit prætermittunt, quandoque vo earu substantias defectuose, et imperfecte describunt, quas postea more prævenienti, nec omissas

de novo ponere, nec imperfectas perficere unquam valent, et quo, ut ipsa rerum experientia docet, et frequens, ac assidua plurimum querela insinuat, grandia, et irreparabilia multorum damna proveniunt, effectualiter reprimere, et radicitus evellere cupientes pnti Constitutione statuimus, et firmamus, qd Notarii Nri Collegii, qui nunc sunt, et qui imposterum fuerint de ipso Collegio teneantur, et debeant sub vinculo, et virtute preti Iuramenti, et ad pena 100. Lib: Den: pro qualibet vice, qua defecerint omnes, et singulos Contractus, Testamenta, Codicillos, aliasque dispositiones, et actus quosque, de quibus rogati essent in Libro Protocollorum suorum ponere extense, et perfecte, saltem cum omnibus Capitulis, et Clausulis, quoad Substantiam necessariis, et cum Nominibus, et Pronominibus Testium, qui interfuerint, et cum rogatione ipsorum Testium infra octo dies à die celebrati Contractus, dispositionis, seu alterius actus, de quo rogati fuerint, et qui contra fecerit, condemnetur, et cum effectu per Proconsules Collegii puniatur pena predicta, et nihilominus parti ex hoc laese teneatur omne damnum, expensas, et interesse integre, et effectualiter resarcire, nisi forsan gravi infirmitate, vel alio justo, et legittimo fuerit impedimento detentus, quominus preda omnia potuerit effectui demandare, quo casu fide ipsa infirmitate, vel alio predo impedimento fuerit coram Proconsulibus clara, et plena fidem ad supradicta penas, damnum, expensas, et interesse nullatenus teneatur.

Quod Notarii faciant, et habeant Protocolla

Caput LVIII.

Pari quoque consideratione hoc consultissimo stabilimus edicto, qd Notarij dae Civitatis Fulginei, et ejus Districtus, qui sub do Comprehenduntur Collegio, debeant, et teneantur singulis annis facere, et habere Libros, seu Libros

Protocollorum cum legittima Intitulatione, et cum sui Subscriptione in fine libri posita, in quo, seu quibus ponere possint, et debeant omnes Contractus, Dispositiones, et Actus quoscumque, de quibus rogati fuerint prout s.a in proximo praecedenti Capto expressum est, et in fine d.i libri, et librorum debeant etiam suum solitum Signum apponere, et qui in aliquo defecerit, seu aliquid praedictorum facere omiserit poena 25. lib: Ven: pro quatr vice plectatur, et nihilominus parti ex hoc lesae omne damnum, expensas, et Interesse refundere compellatur.

// De Contractibus, et aliis Scripturis non conficiendis per //
// Notarium Forensem, nec per Cives Minores //
// Viginti Annis //

// Caput LIX. //

Item providemus, et ordinamus, quod nullus possit exercere Tabellionatus Officium in Civitate, nec in Districtu Bulginis, maxime inter Cives, vel Communitatenses ipsius Civitatis, nisi fuerit Civis, vel Comitatensis Civitatis Bulginis, vel Habitator continuus d.e Civitatis, et qui hacthenus in ea habuerit saltem per Spatium quinque Annorum, et major viginti Annis, et si quis contrafecerit puniatur per Proconsules Collegii praedicti poena 100. lib: Ven: applicand pro medietate Coi Bulginis, et pro alia medietate d.o Collegio, et nihilominus omnis embreviatura, Rogatio Protocollorum, et Instrumentum, et quaelibet Scriptura, quae fieret per illum, qui non esset Civis, vel Comunitatensis d.e Civitatis, et major viginti Annis, vel saltem Habitator modo praed.o, et per tempus praedictum in d.a Civit.e, et aetatis praed.e, ipso jure non valeat, et ex eis nullum jus, nullaque actio alicui acquiratur, nec per aliquem Iudicem, vel Offlem quemque Iurisdictionem habentem, et quoque nomine censeretur, administratur,

Vide adnotationem //

nec aliquid fidei aliqua adhybeatur, non obstante aliquo Statuto Communis, vel Populi dictae Civitatis, quod in contrarium loqueretur, et maxime Statuto, quod loquitur de executione Instrumentorum guarantigiorum; salvo quod Officiales dictae Civitatis, etiamsi fuerint Forenses, possint dicta Officia exercere in actis Judicialibus tantum, de aliis autem se nequeant intromittere, nullo modo sub poena praedicta; salvo etiam quod Notarii Cives, et Communitatenses, qui fuerint recepti in dicto Collegio, et scripti in ejus Matricula, antequam ad vigesimum annum pervenerint, possint copiare, et exemplare Instrumenta, Contractus, Acta, ceterasque Scripturas publicas, et privatas de verbo ad Verbum, prout in Originali invenerint, nullo addito, vel detracto; Sollemnitate tamen Juris adhybita, et alia, quae fecerint, non valeant ipso Iure; et quod de ipsorum Notariorum aetate stetur, et credatur Dicto, et Declarationi Proconsulum dicti Collegii, vel duorum ex eis una cum Judice Collaterali Potestatis dictae Civitatis Bulginii, quando ipsi Proconsules non essent omnes de hoc in Concordia.

// De Festivitatibus Annunciationis, et Assumptionis //
// Beatae Mariae Virginis, et de modo in eis //
// Servando //
// Caput LX. //

Item, ut Virgini Gloriosae, quae etiam Advocatorum, et Procuratorum Advocata, et Protectrix existit reverentia, et honor in suis praecipuis Festivitatibus exhybeatur, ut docet per omnes de Collegio antedicto. Statuimus, et ordinamus, quod quilibet de Collegio, et Universitate adscriptus tam Civis, quam Comitatensis poena praestiti Juramenti, et 100. Solidorum Denariorum teneatur, et debeat in Festivitatibus Beatae Mariae Virginis Gloriosae, videlicet: In Vigilia Annunciationis de Mense Martii, et in Vigilia ipsius Assumptionis de mense Augusti, venire, et

adesse simul cum Proconsulibus, et aliis de d.o Collegio in loco, de quo per ipsos Proconsules mandabitur, et cum Candelis accedere personaliter, ut est moris, et à d.a Processione non recedere sine ipsorum Proconsulum licentia, immò cum ea ire, et redire per totum iter usque ad locum, unde se d.a Processio moverit; et ut nullus prætextu sui occupationis, et necessitatis cum alia processione accedendi colore excusationis assumat, et ut ipsi Virgini Gloriosæ magis impendatur honoris, dicimus, et ordinamus, quod d.a Congregatio fiat in Vigilia cujuslibet ipsarum Festivitatum de mane ante Tertiam, et quod per Proconsules ordinetur, quod d.o Mane dicatur una Missa ad honorem, et Reverentiam ipsius Virginis, et perfecta Missa, omnes processionaliter more solito vadant, et quod Proconsules cum effectu procurent, quod Presbiteri Fraternitatis Sancti Feliciani vadant cum d.o Collegio, quibus Presbiteris, si iverint, dentur per Camerarium Collegii 20. Solidi Denariorum, et quod conveniant ad dd.as Processiones Iudices Potestatis, et Iudex Capitanei, quibus dentur Candelæ per Camerarium Collegii, et expensis Collegii. et ad hoc ut omnes de d.o Collegio Magistrati sollicite accedere teneantur, volumus, quod Proconsules teneantur pœna præstiti Iuramenti fieri facere requisitionem omnium de Collegio ante accessum, et quicumque non fuerit repertus in ipsa requisitione solvat 20. Solidos Denariorum, et quia non sufficit venisse, nisi steterint, ordinamus, quod in reditu ipsius Processionis fiat iterata requisitio et quod quicumque fuerit repertus fuisse priori requisitioni, et non interfuerit postea, solvat 20. Solidos Den.; et ut Notarii Comitis ignorantiam non prætendant, Proconsules teneantur facere notificari omnibus Notariis Comitis adscriptis Collegio prima vice post præsentium ordinamentorum approbationem, et confirmationem, ad hoc, ut dd.s diebus accedere teneantur, et ad prædicta non teneantur absentes à Civitate, et districtu Fulginii, nec

gravi infirmitate gravati, nec licentias habentes ab omnibus tribus Proconsulibus d. Collegii.

// De eodem, quod fiat Caput Deces //

// Caput LXI. //

Item dicimus, et ordinamus, qd Proconsules omni Anno teneantur, et debeant facere Caput Deces de Collegio, qui Caput Deces teneantur, et debeant requirere omnes de suo Caput Deciati per octo dies ante diem Festivitatis Beatae Mariae, scilicet Annunciationis de Mense Martii, et Assumptionis de mense Augusti et petere, et exigere illas pecuniae quantitates à Singulis de Collegio, de qua deliberatum per Proconsules, et Concilianos d. Collegii pro emendis et portandis Candelis, ut est more solito consuetum, quam deliberationem Proconsules teneantur facere per decem dies ante Festivitates praedictas, et quique de d. Collegio non solverit d. suo Caput Deci partem eum tangentem infra duos dies post petitionem eidem factam per Caput Deces solvat tertiam partem plus ultra quantitatem Statutam, et ab eo petitam, et nullus, qui in Caput Decem electus fuerit, possit d. Officium refutare et possint dd. Proconsules Bannum mittere, et imponere, prout eis videbitur, et non solventes facere pignorari, et si post duos dies, postquam fuerint pignorati non solverint eas quantitates, siliciter esse sub usuris ponere, vel poni facere d. Pignora, et etiam ipsum, et ipsa vendere, et denarios dare Camerario Collegii Subscripti, qui Camerarius teneatur, et debeat Candelas fieri facere illius ponderis, de quo deliberatum erit per Proconsules Collegii, et Concilianos pro tempore Praesidentes, et qd d. Camerarius de mane in die Vigiliae dd. Festivitatum, ad d.

Ecclesia, seu Palatium Capitis deferri faciat Candelas, itaquod Missa completa unicuique suas Candelas tribuat, et Processionaliter omnes incedant cum reverentia, sicut decet, et quilibet de Collegio supto teneatur ire, et redire cum Collegio, et Processione predictis, donec ad locum solitum fuerint reversi, et qui contrafecerit per Proconsules quinque Solidorum pena effectualiter puniatur de facto; qui Caput Artis, et Camerarius teneantur predicta facere, et executioni mandare ad penam 20. Solidorum Denariorum pro quolibet, à quibus per Proconsules debeant de facto auferri, et ad manus Camerarii Collegii predicti venire.

Capitula super Mercede Notariorum Fulginaten.

Caput LXII.

Statuimus, et ordinamus, quod quilibet Notarius sub pena 25. solidorum denariorum Comuni Fulginei applicandorum postquam requisitus fuerit, teneatur, et debeat se rogare de omnibus, et singulis Contractibus, Testamentis, Ultimisque Voluntatibus, Protestationibus, et Actis Iuridicis ab una, seu pluribus Personis conficiendis, dummodò negotium, sive Materia, super quo, vel qua rogari requireretur, sit licita, honesta, et non contra bonos Mores, et habere, et consequi possit pro suo Salario, Labore, et Mercede, modo, et forma infrascriptis, videlicet; Pro Rogitu cujuslibet Actus coram quoque Iudice Ordinario, sive extraordinario in dicta Civitate residente faciendo Bononenum unicum Monete currentis; si autem in dicto actu contigerit Scripturas, seu Scripturam unam, vel plures produci, tunc habeat Bononenos duos in totum, et hoc ab actore solummodò, et nihil petere possit à parte contradicente, nisi Bononenum unum in Casu Confessionis, seu reconventionis, aut Productionis Scripturarum // Pro

80 v

præsentatione, et exhybitione cujuslibet Comissionis etiam à Sede Apostolica emanatæ facienda cuique Judici Bononenos duos // Pro litteris Citatoriis, et inhybitoriis vigore Comissionis cum illius insertione Bononenos octo // Pro litteris Intimatoriis cum illius insertione petitionis, et exceptionum Bononenos octo, si vero continerent alias Scripturas ultra prædictas, hinc accipere possit ultra prædictos octo Bononenos alios duos Bononenos // Pro responsione facienda Articulis Bononenum unum à quolibet Respondente // Pro examinatione cujuslibet Testis super Articulis, et Interrogatoriis hinc inde productis pro ipsius Notarii rata habeat Bononenos duos, et totidem Judex examinis; et si fieret examen super Articulis # supra dimidium unius Bajocchi pro quolibet Articulo dividendum pro medietate inter eos unà cum quatuor Bononenis, ut supra // Pro Copiis quarumque Scripturarum bajoccos duos pro quolibet Carta ab utroque latere scripta, et quælibet Carta debeat continere versiculos viginti ad minus, et quilibet versiculus contineat dictiones octo plurium Syllabarum // Pro confectione Registri, et illius exhybitione, ac traditione tali parti, quam Judicis habeat dictas rationes mercedis Copiarum, ut supra expressè declarantes, quod si altera colligantium pars differret, seu nollet concurrere in solvendo rata sibi tangente pro Confectione dicti Registri, quod possit ad Instantiam alterius Partis petentis fieri registrum cogi de facto sine aliqua pronunciatione ad solvendum, et concurrendum ut supra; et si datum fuerit Originale, ad quod Notarius adstringi non possit, habeat Bononenos octo, sive Judici, sive Advocato, vel Procuratori partis tradat // Pro rogitu cujuslibet Sententiæ Bononenos quatuor // Pro notificatione ejusdem cum ejus Insertione Bononenos sex // Pro litteris executorialibus, seu Mandato executivo,

excedentibus numerum 20. Articulorum tunc à d.s 20. Articulis //

vel, ut vulgò dicit, Bollecta vigore sententiæ diffinitivæ relaxatis solidus unus prò quolibet Florèno usque ad summam Florenorum 300. abinde vero supra usque ad quamque summam Florenos quatuor in totum. // Prò extractione dictæ sententiæ, et consignatione in publica formam habeat Mercedem, prout in Taxa Extractionum Instrumentorum, et 4.tam partem dictæ Taxæ Instrumentorum, ultrà prædictam Taxam, declarantes, quod merces Laudorum, Sententiarum, Arbitralium, et similium non possit, aut debeat regulari secundum formam præsentis Capituli, sed secundum dispositionem Capituli loquentis de extractione Instrumentorum. // Prò registro cujuslibet appellationis viva voce factæ, seu in scriptis interpositæ coram quoque Judice ut supra, Bononenos duos. // Prò extractione Scripturarum, seu Processus in Publicam Formam habeat Bononenos tres prò qualibet Carta ab utroque latere scripta, ut supra. // Prò extractione Bullectæ in Contumacia relaxatæ prò quaque summa Bononenum unum, et similiter Bononenum unum prò extractione Bullectæ super Gravaminibus faciendis. // Prò Bullecta autem, quæ relaxatur per Notarium Socii Militiæ, et Proconsulis Artis Mercantiæ vigore Sententiæ diffinitivæ, aut Confessionis debiti per reum factæ possit accipere Bononenos duos, et non ultra prò quaque summa. // Prò Literis executorialibus virtute Præcepti in Contumacia concessis à quoque Judice ordinario, et extraordinario à 50. Florenis infra quæcumque fuerit summa Bononenos 12. ab inde suprà prò quacumque summa Bononenos 24. // Prò actu sive Instantia, et Juramento de fuga, et Bullecta, sive Mandato executivo vigore dicti Juramenti Bononenos tres. // Prò Comparitione, sive

81r

Instantia cora quoque Iudice in d.^o Civit.^e residente facienda, dè obtinenda licentia intrandi tenuta alicujus Hæreditatis ex Testamento, vel ab Intestato, et prædictæ licentiæ concessione, et Litteris executorialibus, seù Bullecta desuper extractis Bononenos octo in totum. // Pro rogitu v.^o Instrumenti Captionis Tenutæ prædictæ, si intra Civitatem Bononenos quatuor pro quolibet rogitu; si v.^o extra, et ad loca distantia per duo, vel tria miliaria; pro Viatico Bononenos 42., et Bononenos quatuor pro quolibet Rogitu. Ad Loca autem ultra tria miliaria distantia pro Viatico Bononenos 80., et Bononenos quatuor pro quolibet rogitu, dummodò pro Viatico, et Rogitibus non habeat pro quolibet diè ultra Florenum unum in totum. Pro Præcepto, seù Sequestro dè Commissione uniuscujusque Iudicis in d.^a Civitate residentis Bononenos duos. // Pro rogitu cujuslibet protestationis extra Banchum Bononenos duos, et pro illius extractione, et traditione in publica forma Bononenos Octo; Pro rogitu Intimationis, et extractione in Libro Actorum Bononenos quatuor; pro extractione v.^o et consignatione d.^æ Intimationis in publica forma Bononenos octo. // Pro Rogitu Curæ ad Lites, et Caussas faciendæ Bononenos duos. // Pro Rogitu v.^o Curæ ad Negotia cum confectione Inventarii, et datione Fidejussionis, et illius extensione Bononenos octo. // Pro Rogitu Tutelæ, vel confectione Inventarii, et præstatione cautionis Bononenos octo, ut s.^a. // Pro rogitu Procuratoris Bononenos duos extra Banchum; ad Banchum v.^o Bononenum Unum. // Pro extractione in publica forma Instrumenti Curæ ad Lites Bononenos 42. // Pro extractione Tutelæ, seù Curæ ad Negotia Bononenos 16. // Pro extractione Procuræ ad Lites in Publica forma Bononenos 42.; ad Lites autem, et Negotia Bononenos

16. in totus. // Prò Rogitu cujuslibet aliorum Instrumentorum, et Descri=
ptione in Libro Protocollorum Notarii Bononenos quatuor intrà Civi=
tatem, extrà vero, prout fuerit conventum, ut supra dummodo non excedat,
ut supra. // Prò requirendo, et inveniendo aliquo confecto Instrumen=
to Bononenos duos // Prò ostensione Parti Bononenos quatuor; prò
ostensione Advocato, seu Procuratori Bononenos octo // Prò osten=
sione facienda cuilibet Judici, si fuerit quantitatis à 50. florenis
infrà Bononenos octo, abinde vero prò quaque summa Bononenos 16..
// Prò ostensione alicujus Testamenti, ut supra respective habeat, et
petere possit 4tam partem ultrà prædictas Taxationes; et ad prædicta
omnia facienda quilibet Notarius de Instrumentis prædictis rogatus
semel dumtaxat coram Judice cogi possit, Advocatis vero, et parti quando=
que fuerit requisitus; etsi in productione alicujus Instrumenti
coram quoque Judice in dicta Civitate residente facienda contigerit
illud registrari, prò registratione hujus: accipere possit mercedem,
acsi in publica forma extraxisset secundum taxationem infrascriptam: //
Prò extractione Instrumenti Pacis, Compromissi, Societatis, et aliorum simi=
lium Instrumentorum non continentium certam summam Bononenos 20.;
Prò aliis autem Instrumentis certam summam continentibus accipere
possit juxtà importantiam, et continentiam Instrumentorum ad in=
frascriptam rationem, videlicet: // Prò extractione in publicam, et authenti=
cam formam Instrumenti continentis valorem usque ad summam flore=
norum 10. Carolenos duos, abinde supra usque ad summam 50. Bononè=
nos 24. usque ad summam 100. Bononenos 40.; à 100. vero

usque ad 200. Bononenos 60.; abinde v.o supra quisque fuerit summa ultra dd.s 60. Bononenos, Bononenos 20. pro quolibet centenario, dummodo in totum non excedat summam quatuor Florenorum similium. // Pro extractione Bullectæ executibus vigore Instrumenti in forma depositi celebrati cum Mandato in confessum Bononenos octo, pro fide d.i Instrumenti, quæ fit in d.a Bullecta, et denarios 20. pro quolibet Floreno quantitatis in Instrumento contentæ, dummodo non excedat quantitatem mercedis extractionis d.i Instrumenti in publicam formam, et q.a sæpe contingit de quantitate contenta in huiusmodi Instrumentis depositi solvi ante dictæ Bullectæ extractionem aliquam partem, statuimus, quod Notarius rogatus de tali Instrumento possit licite, et debeat extrahere d.m Bullectam pro quantitate, quam Creditor asseruit, et juraverit debere consequi, et pro dicta quantitate restanti habeat, et habere debeat mercedes., et si contigerit d.m Bullectam bis, et pluries extrahi habere possit Bononenos quatuor pro qualibet vice tantum. Pro Transumpto cujuslibet Instrumenti Notarii premortui, sive absentis cum sollemnitatibus requisitis Notario transumptanti Bononenos 12.; Notario v.o ascultanti Bononenos quatuor. // Pro extractione cujuslibet Testamenti quocumque tempore confecti ad instantiam hæredis, vel occasione hæreditatis faciendæ ascendentis ad summam Florenorum 300. Florenum unum, abinde v.o supra usque ad 600. Florenos, Florenos duos, usque ad 1000. Florenos tres, abinde supra usque ad quamcumque summam Florenos quinque. // Pro Processibus, qui in dies fiunt coram aliquibus in dignitate ecclesiastica constitutis super extractione scripturarum vigore Litterarum Compulsorialium à Romana Curia emanatarum, seu super dispensationibus in caussis

Matrimonialib, si in evidentes, et similib habeat pro rogitu actorum Bononenos duos, in quatt. comparitione pro rogitu Sententiæ Bononenos quatuor: pro extractione aute, et consignatione in publica forma super præmissis, et similib agitati uno etiã cu extractione Sentiæ habeat Bononenos tres pro quatt. Carta, prout sa in extractione aliaru Scripturanu in publica forma statutum fuit.

// De Sollemnitate, et Forma observanda ad obtinendu //
// Licentia extraendi, Transumendi, et Publicandi //
// Rogationes Notariorum Defunctorum //
// Caput LXIII. //

Dus fuerat salubrit per Leges, et Canonicas Sanctiones obcursu, et etiã per Iura Municipalia stabilitum, ne Contractus, et alii actus Viventiu, et dispositiones decedentiu deperirent, qd rogationes, et embreviaturæ, aliæque imperfectæ Scripturæ Notariorum Defunctoru possint per alios Notarios, quib hoc committeretr extendi, compleri, transumi, et publicari, ex quo contingit inhodie, qd Nonnulli Notarii, quib huiu: Ministerium, et Potestas per Offas Coris, seu per generale Consiliu passi liberalit, et sub nimia generalitate, juxta eoru generale postulatione concedit ipsa potestate, et obtenta licentia abutunt, dictasque rogationes, et embreviaturas perniciose, et minus fidelit contra, præter, et ultra vera facti substantia extendere, et transumere moliunt, sicque qd provisu extiterat ad remediu, ut plurimu tendebant ad nocem; Quia igit novis morbis, nova convenit antidota præparari, præsentis Constitutionis edicto firmamus, qd deinceps nullus Notarius nri Collegii audeat, vel præsumat licentia, seu commissionem de prædictis in Concilio, nec cora aliquo Rectore, vel Officiali petere, vel peti facere

nec aliquam petitionem de hoc porrigere in Scriptis, nec etiam verbotenus, nisi prius de hoc fuerit per ipsum Notarium similis porrecta petitio in generali adunantia Universitatis, et Collegii supradicti, in qua adunantia adminus intersint Sexaginta inter Iudices, et Notarios ipsius Collegii, et nisi ipsa petitione admissa, et approbata fuerit, et super eandem fuerit licentia sibi concessa per ipsam Universitatem, vel saltem per duas partes ipsorum ad Bussulas, et Ballottas de extendendo, perficiendo, transumendo, et publicando ipsam Scripturam; et alitur petitio de hoc dari, vel fieri in Concilio, seu etiam coram aliquo Rectore, sive Officiali nullo modo possit, et data non teneat, nec debeat, nec possit per ipsum Consilium Rectorem, seu Officiales admitti, et auctoritas, et quaeque licentia aliter concessa ipso iure sit nulla, et Scripturae vigore, vel praetextu licentiae, et concessae auctoritatis extensae, completae, transumptae, vel etiam publicatae nulla fides possit, nec debeat adhyberi, sed potius ipsa extensio, transumptio, et publicatio omni careat effectu, et roboris firmitate, et nihilominus talis Notarius, qui aliter quam supradd. sit d. licentiam, vel auctoritatem petierit, seu d. Scripturam antea extenderit, vel perfecerit, aut transumpserit, seu etiam publicaverit poenas 25. lib. Ven: Cam: d. Collegii applicandas ipso facto incurrat.

Quod Ordinamenta dicti Collegii Sint Perpetua

Caput LXIV.

Item decernimus in praesenti Constitutione sancimus, quod omnia, et singula supradicta Capitula valeant, teneant, et durent, et durare, et valere debeant perpetuo, et si casus occurrent necessitatis, vel si

Collegii utilitas suaderet, qd videt Proconsulib. cu Concilianis, et illis de Collegio quos vocare voluerint dicta Ordinamenta, et Constitutiones corrigere, addere, ac mutare, et de novo condere; prout eis videbit expedire, et que de novo addita, correcta, decreta, et de novo facta fuerint facere confirmari, ut eas postmodu confirmatas servare debeant omnes de d°. Collegio. et Proconsules teneans facere ab omnib. de d°. Collegio observari, et penas, et Banna exigere à Contrafacientib., et ad manus Camerarii d¹. Collegii facere devenire, ita tn qd ea, que de novo addiderint, detraxerint, correxerint, seu de novo fecerint, approbentur ante omnia per Collegium supradictum, more solito congregatum. //

// Statutorum Civitatis Fulginii Libri Primi //

// Finis //

// Omnipotenti Deo, Beataeque Virgini

// Mariae, divo Feliciano Episcopo, //

// ac Protectori dictae Civitatis, //

// Totique Curiae Caelesti sit //

// Semper Laus, Honor, //

// et Gloria. //

// Amen. //

// // //

// I.M.I. //   84v

// Statutum Civitatis Fulginatensis //

// Liber Secundus //

// De Ecclesiis, et Locis Piis Civitatis Fulginii Conservandis //

// Rubrica 1. //

In nomine Domini Amen. // Nos Statutarii ad renovationem dicti Statuti positi, et electi dicimus, statuimus, et ordinamus, quod Potestas et alii Officiales Communis Fulginii teneantur, et debeant precise defendere, et manutenere Ecclesias, et Domos Fratrum Predicatorum, Ecclesias, et Domos Fratrum Minorum, Ecclesias, et Domos Sancti Augustini, Ecclesias, et Domos Fratrum Sanctae Mariae Servorum, Monasterium Saxivivi, et Domos eiusdem in districtu Fulginii, Ecclesias, et Domos Monasterii Sancti Claudii, Ecclesias, et Domos Monasterii Sanctae Catarinae, Ecclesias, et Domos Sanctae Mariae de Populo, aliud Monasterium, Ecclesiam, et Domos Sanctae Mariae de Caricta, Ecclesias, et Domos Monasterii Sancti Ioannis de Pugillis, Ecclesias, et Domos Monasterii Sanctae Luciae de Pugillis, Ecclesias, et Domos Sanctae Mariae Vallis Viridis, Ecclesiam, et Domos Sanctae Mariae, Ecclesias, et Domos Hospitalis de Corsaiano, Ecclesias, et Domos Hospitalis Sancti Spiritus de Urbe, Ecclesiam, et Domos Hospitalis Iesu Christi, Ecclesias, et Domos Hospitalis Sancti Gregorii, Ecclesiam, et Domos Hospitalis Collis Floreti, Hospitale, et Domos Sancti Ioannis Hyerosolimitani, Ecclesias, et Domos constructas per Sudiscuras, et alios incarceratos, et reclusos Civitatis, et districtus Fulginii, et religiosarum, et bonas consuetudines ipsorum locorum, et ipsas Domos, et loca manutenere, conservare, et defendere ab omnibus personis ipsas impugnantibus, et ipsa loca, et si quis offenderit aliquem praedictorum locorum per personas ipsorum, vel in eis habitantes Potestas ad voluntatem Capitanei possit, et debeat delinquentes punire, et condemnare realiter, et personaliter, inspecta qualitate criminis, et personarum,

dicimus etiam, et ordinamus, quod loca, et domos omnium Incarceratorum stantium, et jacentium infra Cerchias Novas Civitatis Bulg.i, videlicet in strata Abbadiae, et Portae Sanctae Mariae emantur per Homines Civitatis Bulginii eorum Bona valentia quinque libras abinde supra non habentes domos in Civitate Bulginii justo pretio, et quod dicti Homines per Potestatem Civitatis Bulginii, et ejus Officiales cogantur emere dictas domos, et loca, et quod de denariis dictarum emptionum emantur terrenum, in quo fiant domus habitationum dd. Incarceratorum, et quousque terrenum fuerit emptum, ut domus dictarum habitationum fuerint aedificatae, et constructae dd. Incarceratae non priventur, nec privari possint dd. eorum locis, et habitationibus.

// De Divisione Rerum Mobilium, et Immobilium //

Rubrica 11. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si Cap.s, sive Rector, vel eorum Judices receperint Querelam de divisione Rerum Mobilium, vel Immobilium fa=
1. ciendam, teneantur facere dividi inter eos con infra 10. dies, postquam clarum fuerit, res esse communes; et si aliquis noluerit dividere, et divisionem facere recusaverit in 100. lib. Den: Coi Bulg.i condemnetur, et divi=
2. sionem facere teneatur, exceptis rebus, de quibus fuerit pactum de non dividendo, et Judex possit procedere, non obstante si a Reo negaretur, res esse commu=
3. nes, et agentes possidere opponeret exceptionem praepostenitatis, et de tali quaestione non recipiat Salarium, et talis divisio sit rata, et firma, et re= # praeposterinis
4. ducatur in Publicam formam, sive Scripturam, et Potestas teneatur facere immitti petentes in possessionem ipsius rei divisae, et sicut in Instrumento continetur infra 10. dies, postquam fuerit ostensum, rem esse communem, et summarie fiat incontinenti executio praedictorum, Capitulo aliquo non contradicente, et si in ipsa divisione aliqua # Partium fraudes comiserint,

vel Solum, Iudex debeat cognoscere eas, et ipsas divisiones facere sine fraude, si aliqua partium dividere nollet, et Mandato Potestatis, vel Capitanei, qui Potestas, vel Capitaneus debeat nolentem divisionem
5. facere, dividi facere, et faciat, Breves, ut s.a, et extrahi de aliqua Bussola, et ille, cui obvenerit aliqua pars, quae apparet via, seu exit in illo Brevi, qd sibi obvenerit, et divisio quidquid fiat in predictis per dd.s Potestatem, et Capitaneum, vel alterum ut supra eorum, ac si communis facta esset, et teneatur, et debeat defendere ipse Potestas, et Capitaneus huic Capitulo, aliquo alio n obstante; et predicta locum habeant in pnti, in preterito, et futuro, et si aliquis Pupillus minor, vel absens, n habens Tutorem, vel Curatorem in Civitate Pulg.., à quibus petatur divi=
6. sio fieri aliquorum Bonorum, quae haberent communia, Potestas, vel Capitaneus, vel eorum Iudex teneantur, et debeant Vinculo Iuramenti eis facere dare Tutorem Bonum, cum quo possit divisio ipsorum Bonorum fieri, et
~~7.~~ ipsos compellere ad divisionem faciendam, et divisio cum eis facta plenum
~~8.~~ sortiatur effectum, et Minores, n obstante minori aetate, possint petere divisionem fieri cum illis, cum quibus habent aliqua Bona Communia qualiacunque.

// De Rebus, quae commode dividi non possunt //

// Rubrica 111. //

Item dicimus, et ordinamus, qd quisquis haberet rem Communem cum
9. aliquo, quae commode dividi n possit ad postulationem partium vel unius ipsorum Potestas, vel Capitaneus, vel eorum judex faciat rem ipsam aestimare juste, et ipsam adjudicare per duos Homines à
10. Partibus electos, illi, cui per sortem obvenerit pro justo, et convenienti pretio, qd si dicti duo n concordaverint, tertius eligatur per

11. Curia, exceptis Viis Vicinalibus, et Scalis, et Muris Communibus in-
ter aliquos existentibus, quæ nullo modo possint dividi, nisi Communi
Concordia, et Voluntate Illorum, quorum essent dictæ Viæ, et Scalæ.

// De His, qui possident aliquam rem Communem //
// Rubrica LV. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis possidet, vel possedit aliquam rem
Communem, scilicet Domus, Casalenum, Via, vel Cortina alicujus
12. Domus, vel Turris, vel aliquod aliud ædificium per spatium alicujus tem-
13. poris, videlicet longo tempore, et si aliqua immiserit, vel appodia-
verit in ipsa Domo, Via, seu Cortina Domus, vel Turris, illius, quod im-
miserit, vel appodiaverit, retinere non possit, nec ipsa immissio, seu
appodiatio præjudicet alicui Jus habenti in ipsa re; et Potestas, et
Capitaneus, sive Rector, et Judex Caussarum Civilium Civitatis Fulginei ad
petitionem cujusque petentis, habentis Jus in Domo, Turri, Casa-
14. leno, seu Cortina teneatur facere removeri ædificium, et separari
quidquid per aliam Personam esset immissum, appodiatum, vel impo-
situm intra octo dies, postquam querelam receperint sine libelli petitione,
et si quis suis expensis faceret, seu fieri faceret aliquod ædificium, seu
Murum Communem cum suo Convicino, ipse Convicinus cujusque Condi-
tionis sit teneatur, et debeat, omni exceptione remota, satisfacere me-
dietatem omnium, et singularum expensarum factarum per ipsum Construen-
tem, seu construi facientem Murum, vel ædificium Commune, non
obstante, si in ipso sit aliquid appodiatum, vel immissum per se,
vel per alium, sed inspiciatur, quod Murus, vel ædificium sit factum expen-
sis unius partis, quo facto Potestas, et Capitaneus, sive Rector, et ipsorum

Judices, et quilibet ipsorum teneatur, et debeat sub pœna 25. lib. Ven: in quibus, si contrafecerint, teneantur, et debeant condemnari intra octo dies, postquam alter ipsorum querelas receperit sine strepitu, et figura Judicii, constringere principaliter illum, vel illos, in quorum Casaleno, vel solo ædificatum, vel mutatum fuerit per suum Convicinum, et recipiendo omnes expensas factas in medietate d.i Muri, sive ædificii, etsi in prædictis Potestas, vel Capitaneus, vel Rector, et ipsorum Judices negligentes extiterint, quilibet ipsorum in d.a quantitate debeat condemnari, et de his absolutione petere non possint, ex hoc Capitulum sit præcisum; ut valeat in præsenti, præterito, et futuro. Item quod ædificans, nec convenire possit Vicinum suum, vel Consortes suos, ut satisfaciat expensas Muri, vel ædificii, nisi tunc quando voluerit suum ædificium ponere, seu aptare super d.o Muro. Item si quis tenens juxta aliquam Turrim ruperit, vel fregerit in aliqua parte Murum ipsius Turris, vel Vadum, seu Fenestram fecerit, quod Potestas teneatur reaptari facere Murum sumptibus, et expensis rumpentis, seu frangentis, seu Vadum, vel Fenestram quamlibet facientis, nisi forte fuerit de voluntate, et licentia illorum, quorum esset ipsa Turris, vel majoris Partis ipsorum talium Hominum.

De Electione, et Officio Bajulorum
Rubrica V.

Item dicimus, et ordinamus, quod Bajuli Civis Bulgi. sint Numero 40. qui debeant habere Bajuleam per totum Annum sine salario, et quilibet ipsorum Bajulorum teneatur portare insulam de Panno Rubeo, appositis desuper Liliis, quas insulas de ipsorum propriis emere

tendant. Quorum Bajulorum 25. sint, et esse debeant de Civitate Fulg.e, et alii de Comitatu, videlicet: duo de Castro Rasilie, unus de Castro Populi, duo de Castro Collis Floreti, duo de Castro Verchiani, quorum unus sit cum Castellano ipsius Castri, et sibi deserviat, unus de Villa Aprilis, unus de Pagetis, unus de Caput Aqua, duo de Valogna et Vulpenino, unus de Villa Fundi, unus de Villa Scopuli, unus de Sixtino, unus de Villa Palis, unus de Villa Vesis, unus de Villa Rovigliete, unus de Societate Sancti Marcelli, unus de Villa Arnisi, et prædicti 25. intelligant, et inveniant in hunc modum, videlicet: quod Potestas, vel Capitaneus faciat banniri per loca consueta Civitatis Fulg.e; quod quicunque vult recipere Bajuleam, veniat coram eis, et ipsorum Officialibus recipiantur intra certum tempus, et qui defecerint, eligantur per Concilium Generale d.æ Civitatis pro quolibet Tertierio, prout consuevit fieri, et nullus novus Civis à decem annis citra in d.o Officio eligatur, et si eligeretur, non cogatur ad recipiendum; qui Bajuli teneantur, et debeant omnes, et singulas Ambasciatas pro Communi, et specialibus Personis ejusdem facere legaliter, et bona fide, et à quinque Milliaribus intra, et abinde supra habeant pro quolibet die duos solidos pro sua Ambasciata, et non amplius petant, nec recipiant, et si quis prædictorum Bajulorum prædicta non observaverit in 100. solidos den: condemnetur Communi Fulg.e, et dent omnes fidejussores de eorum officio fideliter exercendo, et ratione reddenda in Syndicaria, tam Communi, quam specialibus Personis, et quilibet ipsorum habeat propriam domum in Civitate Fulginii valoris 25. lib: ad minus, et non in fraudem Communis. Et duo fratres carnales non possunt esse in eorum Officio, et recipiant

prò eoñ Iure in Civite Bulgi. prò quatr una Citatione dè una parva unu denariu usquè ad Sanctu Marcellum, sed denarios, et indè insursum per Deritoriu Bulgi: ~~duos~~ denarios ex pertenutas vo in Civitate, et per Civite Bulgi duos denarios, et per Deritorium prò quolt Miliario habeant tres denarios, et n plus, et si plures homines insimul citaverint, habeant unu denariu prò quolt, et nullus dd. Bajulorum possit habère Bajuleam alicujus Domini dè Contrada; et si aliquis dd. Bajulorus ivet cu maggis ad domus alicujus, qd illa diè prò rata recipiat 12. denarios, et plus ad mandatum Iudicis, cora quo quæstio ventilatr, et si iverit ad pignorandu, faciat Scribi, cujus mandato vadat, et alitr n pignoret; et si quis datus fuerit executor debiti contrà aliquos debitores exactiones facere tendatur dè Bonis Creditoris ad sensum, et si n fecerit, solvat prò quatr vice 100. Solidos Den:; et si prò suo Iure aliqd Pignus acceperit, illud ponat apud Convicinum pignoranti, et omnia pignora possint accipère à debitorib, et dare Creditorib prætr Pannos dè dorso, et Lecto, et Arma, et n extrahant, seù frangant Ostia domus alicujus, nisi prò debito Cois. et ipsi Bajuli n vadant ad Nuptias, seù Cavallanas, seù prò Blando, Canepa, et aliis, nisi prò illis, quas soliti sunt accipère ab illis dera, qm Canapam n accipiant sinè præsentia illius, cujus, et si alitr accipiant, puniantr ut sa, et quilibet dd. Bajulorum portet insulam in Capite continuò, et qui contrafecerit in quinque Solidos Coi Bulgi:, condamnetr. et si aliquis Bajulus citaverit aliquem prò aliquo Maleficio personaliter ab ipso citato prò pma Citatione nihil recipiat, et mandet executioni

mandatum sibi factus, et si vocaverit aliquos pro damnodato, et tunc Bajulus citet eum nullo recepto pretio, et si ipsi Bajuli vocati fuerant venire ad Curiam, et parere Mandato Potestatis, Capitanei, vel Rectoris, et Officialium Cōis Bulg.ni qui reddant Jus in d.a Civit.e et dare ipsis Officialibus melius Consilium, qd eis videbitur pro honore, et utilitate Cōis Bulginii, et credentias eis impositas tenere, et pecunia Cōis n fraudare, et teneantur ipsi Bajuli Cōi, et specialibus Personis de eorum Officio reddere rationes, et si quis ipsorum Bajulorum ausus fuerit accipere aliqd pignus alicujus Personę sine mandato dd. Officialium, vel alterius ipsorum in 100. Solidos Ven: Cōi Bulg.ni condamnetur, et pignus sine pretio stati restituatur, et si quis dd. Bajulorum mandatum dd. Officialium recusaverit, solvere debeat d. Bannus, et liceat dd.s Officialibus contrafacientes punire, et dd. insulas eos cogere ad portandum, et nullus Bajulorum quousque insulas n habuerit, vel n portaverit, Bajulię officium non valeat operari. et hęc omnia, prout s.a dicta sunt, prędicti Bajuli observare, et facere teneantur vinculo Iuramenti, et nullus dd. Bajulorum aliquas Literas audeat portare extra Territorium Civitatis Bulginii sine licentia Potestatis, Capitanei, vel Rectoris, et qui contrafecerit in quinque Solidos Ven: Cōi Bulg.ni condamnetur, et plus arbitrio Potestatis inspecta qualitate delicti, et personę, et quantitate negotii, et nullum, qui teneat equam pro Cōi, vel fuerit Bymudrius n sit, nec eligi possit in Bajulum, nec aliquis habens bona valentia 400. Lib: Ven, et de aliis, qui n sint eligendi, remandat in Providentia Potestatis, et nullus Bajulus possit esse Procurator

alicujus personæ, et qui contrafecerit, in 25. Lib: Ven: condamnetur, et nullus Capitulus possit esse in d.° Officio, et Bajulus, qui steterit in domo alicujus discedat sine licentia Potestatis, et quilibet Bajulus teneatur deferre ambasciatas in termino sibi dato, et posito, et postquam de iure suo fuerit satisfactus, et exequi debeat pro suo salario sibi concesso in hoc Statuto, et si quis contrafecerit, solvat Com.i Bulg.i quinque solidos Ven: et quilibet possit contrafacientem accusare, et habeat medietatem Banni, nec nullus Bajulus audeat pignorare, nec alicui pignus accipere de Civitate Bulgarum vel ejus districtu pro aliqua persona, quæ non sit supposita Iurisdictioni Com.is Bulg.i, et qui contrafecerit, solvat Com.i Bulg.i 20. solidos Ven:, et quilibet possit contrafacientes accusare, et habere medietatem Banorum, et Bajulis Com.is vigore præsentis Capituli habeant plenam licentiam, et liberam potestatem in Maleficiis personalibus citandi sine aliquo mandato Potestatis, Capitanei, sive alicujus Rectoris, vel Officialis, et Potestas teneatur vinculo Iuramenti omnes Bajulos facere jurare in principio sui regiminis, quod in continenti id, quod ad aures ipsorum, vel alicujus ipsorum pervenerit maleficium personalis factum, et commissum in Civit.e Bulg.i vel ejus districtu procurent omni mora postposita, citare illum, vel illos, qui hujusmodi maleficium perpetrassent, et etiam illum, vel illos, qui ad ipsum Maleficium committendum, vel perpetrandum dedissent auxilium, Consilium, vel favorem, ut debeant ad certum terminum comparere coram Potestate, vel ejus Iudice Maleficiorum, vel ejus curia, et excusare se ab ipso Maleficio, vel Maleficiis, et citationes sic factæ pro legittimis habeantur, et habeant roboris firmitatem,

ac si de mandato ipsorum Officialium facta fuissent, et si aliquis Bajulus fuerit ab aliquo requisitus, qui citet aliquem coram aliquo Officiali Civitatis Fulg.ii ad aliquem actum in criminali, sive in civili, volendo de pro labore satisfacere, sedum formam hujus Statuti, et facere recusaverit pro quatt. vice Officii, coram quo voluerit facere citare, teneatur vinculo Juramenti a tali Bajulo recusante de facto auferre quinque solidos den:, et ad manus Camerae facere pervenire, et de praedictis stetur juramento ~~a tali Bajulo recusante~~ accusatoris, et quilibet possit contrafacientes accusare, nisi ex causa legittima haberet, ipsa Ambasciata non faciendi. Additum est d.o Capto, quod omnia, et singula pignora, quae ipsi Bajuli, vel alii ex ipsis acceperint quibusque Personis intra tres dies a die accepti pignoris debeant notificare illi, a quo ipsi pignora acceperint, qualiter de ipsum Pignus acceperant, et tale pignus est, et locus certum, ubi sit ad poenam 20. Solidorum den: pro qualibet vice, quae poena a contrafaciente per quemcumque Officialem, coram quo petitum fuerit, de facto debeat auferri, quorum suprascriptorum Bajulorum Officium incipiat in Festo Sancti Feliciani, et duret per totum Annum et eligantur ipsi Bajuli octo diebus ante Festum Beati Feliciani, ad quod Officium non possit eligi aliquis Artifex, cum sit sua Arte impeditus, et intelligatur artifex, qui scriptus est in Matricula suae Artis, antequam ad d. Officium esset electus, et si quis Bajulus in d.o Officio Bajulatus aliquam committeret falsitatem, puniatur poena falsi sedum formam Statutorum dictae Civitatis.

Quod Nullus Bajulus debeat in Pignus aliqua Arma, nec Pannos de Dorso

Rubrica VI.

Item dicimus, et ordinamus, qd nullus Bajulus, nec quivis alius nunci=
us Cois, et Populi Civitatis Fulg. recipere debeat pro eorum Salario
nec pro venuta alicui danda aliqua Arma, nec Pannos de dorso, et
si contra fecerit vice qualt. et Coi Fulg. condamnetur in 20. Solidos
Ven; et Pannos, et Arma restituere teneantur sine acceptione alicujus
Salarii, et licet unicuique, cui auferentur sua propria auctoritate
reauferre sine pena, et banno.

// De electione Conciliariorum, et eorum Officio //

// Rubrica VII. //

Item dicimus, et ordinamus, qd Conciliarii Civitatis Fulg. sint Numero 150.
Videlicet: qd eligantur de quolt. tertierio 50., cum aliis Officialibus
Cois Fulg., cujus fecerint electiones, qui eligantur pro rata hominum
Societatis, qd Consules Societatis debere Civitatis Fulginii, et dd. Concili=
arii debeant omnibus Conciliis interesse, preter Conciliis Populi, qui Concili=
arii teneantur, et debeant venire ad Concilium ad sonum Campane, et vo=
cem Preconis, requisitioneque Bajuli, et consulere potestati, sive rectori
bene, et legaliter, sicut eis melius visum fuerit bona fide, et sine frau=
de pro honore, et bono Statu Cois populi d. Civitatis Fulginii, et
si aliquis Conciliarius consulerit super pretio sibi dato, vel promissione
sibi facta in 20. lib. Ven: Coi Fulg. puniatur, et de ipso Concilio
expellatur. In quo quidem Concilio duo Fratres Carnales, Filius cum
Patre, nisi essent divisi, vel si Filius esset emancipatus, vel si conti=
nue simul habitaverint esse non possint; et si aliquis electus
fuerit, qd hec electio non valeat, et quilibet possit eos accusare co=
ram quolt. Offli, et Potestas, Capitaneus, sive Rector tali accusatori
nullum gravamen possit imponere, et nullus novus Civis d. Civita=
tis Fulg. à decem annis citra possit eligi in Conciliarium Civitatis

Fulginii, et si electus fuerit, ejus electio non valeat, et teneantur ipsi Conciliarii ipsum Conciliare officium bona fide, et sine fraude exercere, et omnes credentias eis impositas pro Coi Fulgi. tenere, et non manifestare, et si quis ipsorum credentias manifestaverit solvat Coi Fulgi. 10. libras Den:, et de ipso Concilio expellatur, et nullum officium habere possit in Civitte Fulgi., et debeant dd. Offes eligi sedum formam di. Statuti, et si Concilium bannitum fuerit de sero pro mane, quique Conciliarius non venerit, in quinque solidos Den: Coi Fulgi. condamnetur, nisi Conciliarius esset infirmus, vel juraverit, se non audivisse Bandimenta de sero facta, vel Campanas, vel extitisset extra Civitatem tempore pulsationis Campanæ, vel fuisset in via eundi extra Civitatem Fulgi., et nullus de cujus negotio tractaretur in do. Concilio permanere possit in do. Concilio, et si permanserit, non valeat quidquid super suo facto fuerit deliberatum in favorem ipsius, et nihilominus solvat bannum 10. solid: Den:, et si Potestas, Capitaneus, sive Rector, vel aliquis Officialis aliquid proposuerit, vel dixerit, qd videatur esse in præjudicium di. Cois, vel specialis Personæ, et ipsi Offes tacuerint, et non responderint, qd talis taciturnitas pro nihilo habeatur, et ipsa petitio, sive proposita non valeat de Jure, et nullus, qui fuerit proditor Cois Fulgi., vel alicujus Castri dæ. Civitatis, et descendentes ab eis non possint, nec debeant de aliquo Concilio, nec aliqd. Officium habere in da. Civit. Fulgi., et quicumque elegerit in pœna 20. Lib: Den: Coi Fulgi. condamnetur electus, si acceptaverit, et ista electio nulla habeat roboris firmitatem, et si aliquis major 60. annis fuerit electus Conciliarius, possit se excusare, et non teneatur, nec cogatur esse Conciliarius, nisi voluerit

esse, et qd Rectores Artium possint, et debeant venire ad Concilium Generale, et valeat vox eorum, ut aliorum Conciliariorum, dummodò Rectores cujuslibet Artis non debeant, nec esse possint ultrà Numerum, et qui vocantur Consules supervocentur Rectores, et nullus Concionator concionando dicat id, qd primus, seu alius dixerit, et quicunque contrà= fecerit prò quatr vices in quinque Solid: Den: Coi Fulgi. condamnetur; et omnes Milites, et Iudices dl. Civitatis, et Districtus, et etiam Filii ipsorum Militum, et Iudicum Patribus non viventibus, et ubi plures essent in una Domo Major ipsorum Filiorum sit, et esse intelligatur Conciliarius Civita= tis Fulgi. de Numero Conciliariorum generalium d.e Civitatis, et No= tarius Reformationum d.e Civitatis debeat, et teneatur inter alios Conci= liarios scribere notam omnium Militum, et Iudicum, et Filiorum dd. Militum, et ipsos legere in quolibet Concilio Generali quibuslibet Militibus, et Iudicibus, et Filiis Militum suprà contentis licentiam de non veniendo ad d. Concilium concedi non possit, nisi per Priores, qui prò tempore fuerint, et omnes Priores in Communi Concordia e= xistentes, et qd in unoquoque Concilio non possint arrengari, nisi quatuor Concionatores. Item, qd in Sacramento Conciliariorum li= centia, et authoritas Potestatis, Capitanei, vel Rectoris, vel eorum alterius ipsorum Vicarii, aliorumque Officialium d. Cois, et cujuslibet ipsorum præcisè, et exactè intelligatur, qd ipse, et quilibet eorum cuilibet ex Conciliariis, quatenus licentiam petierit de non veniendo, stando accedendo ad Concilium, vel à Concilio re= cedendo possit authoritate Potestas, Capitaneus licentiam im= pertiri, et qd per Dnos Priores Populi Fulginii, et per Notarium Reformationum, et eorum quemlibet licentiam ipsi dari possit.

8\. De his, qui excipiuntur

// De' his, qui excipiunt venire //
// ad Concilium //
// Rubrica VIII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis steterit extra Civitatem Sulg.i, quando pulsatur Campana ad Concilium, et si esset paratus caussa eundi foras, vel si esset ad Tabulam ad commedendum, quod non teneatur venire ad Concilium, et non teneatur ad poenam, et si essent Infirmi, etiam non teneantur ad poenam, nec venire, et de praedictis etiam stetur Sacramento suo.

// De' Rebus, quae tenentur concessae in //
// emphytheusim //
// Rubrica IX. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis habuerit, vel habeat aliquam rem ad Scriptum, pro qua teneretur solvere Canonem, sive Censum, vel pecuniam alicui Personae, et per spatium alicujus temporis non solvat ipsam rem, perdere non possit propter Canonem non solutum, dummodo velit solvere ipsum Canonem, vel Censum, vel Pecuniam ante litem contestatam pro temporibus retroactis, pro quibus non solvisset, quod si non fecerit, cadat à Iure suo, et si aliquis accepit, vel accepisset aliquam rem ad

1.5. Scriptum, habeat Filium, vel Filiam, Nepotes, vel Neptem descendentes usque in 3.tium gradum sufficiat cuilibet loco Ma-

1.6. sculorum habere Filias, Fratres inde, vel Neptes, et valeat ipsis Mulieribus, non obstante Capitulo, quod loquitur, quod Mulier non possit ad Successionem venire, dummodo dd.ae suae Filiae, vel Nepotes

C. solvant Censum, pro quo Primus emphytheota recepit rem

311

ipsa, et hoc capitus, et omnia contenta in eo valeant, et te=
neant, et locum habeant in pnti, preterito, et futuro, et si non
solverint censum, res illa ad Dominum revertatur, et si quis vendi=
derit, vel alienaverit hujusmodi res, teneatur solvere Domino Pro=
prietatis pro lib: quatr. pecuniæ 12. Denarios, et non plus, et Dnus
rei pro ipsa quantitate librarum scriptum facere teneatur, et si
17. quis de sua generatione decesserit, pro tali moriente pretium
pro rata solvat, sicut contingeret pro persona defuncti de pretio
in Contractu contento, et si illi, qui receperit Scriptum Filios
Masculos non habuerit, Filiæ Feminæ, vel Neptes, aut Neptes
succedant ipsi emphytheotæ, ita tn, qd in renovatione Contra=
ctuum solvat Domino, et Quasi Domino rei tantum, quantum primus
emphytheota pro prima concessione solverit, et ipse Dnus, vel
quasi Dnus Contractum emphytheuticum renovare debeat, et
teneatur, et si quis res concessas, vel alienatam ad Scriptum
alicui alii duxerit allocandas, talis concessio non valeat, nec
habeat roboris firmitatem, et Potestas, Capitaneus, sive rector ipsos
primos Conductores in possessione rei prædictæ defendat, et defen=
dere teneatur, et sine inquietatione aliqua comprobare. Quicum=
que habeat aliquam domum, rem, seu possessionem ad Scriptum
non perdat, nec perdere possit rem, nec a Jure suo cadat pro=
pter Canones non solutos, sed solvere teneatur Dno Rei, prout
qd superius est expressum, et ad prædicta omnia observanda
Potestas, Capitaneus, et Rector, Priores Populi Civitatis Bulg.
teneantur, et debeant personaliter ire ad D. Episcopum Bulg.
et quæsque alios dicentes, se Jus habere in re prædicta

emphytheutica, et eos rogare prò parte ipsorum, et d.ⁱ Coïs, qd̄ prædᵃ observent, et faciant observari, ac ut sit consonum æqui= tati, et nihilominus ddⁱ Offes teneantur, et debeant vinculo Juramenti, et 100: lib: den: prò quolibet prædicta facere ef= fectuare, eorum favorem, et auxilium exhibere, et prædᵃ oïa integraliter observare, inhybendo, qd̄ nullus talem rem emat, vel possideat, nec laborem, nec litem suscipiat de re ipsa contra voluntatem pmi emphytheotæ, et succedentium, non obstante, si gravitus contineat ista emphytheosis completa, sic vrus succedat pmus emphytheota, et velit solvere ca= nonem, et recipere à D.no rem prædictam emphytheuticariam et si quis contrà prædᵃ fecerit, tenuerit, possiderit, laborave= rit, vel fecerit laborari, vel aliqd̄ Instrumentum receperit, vel qd̄ de ipsa re litem aliqm̄ fecerit in 50. lib: den: Coï Fulgi condamnetur, et nihilominus auctoritate pntis Capli, si qd̄ jus in ipsa re quæsierit, cadat à Iure suo, et dam vel eas omnino perdat, et si quid in dᵃ re plantaverit, vel ædificaverit, vel seminaverit pmo emphytheotæ applicetur, et si quis emit, vel emerit ab aliquo, vel alio titulo habuerit vel tenuerit aliqm̄ rem immobilem et aliquis alius postea ipsam rem acceperit in emphytheusim ad scriptum, qm̄ vel ante d. scriptum, vel emphytheusim tenebat, vel posside= bat in 25. lib: den: Coï Fulgi condamnetur, et pmus pos= sessor, sive emphytheota possit ipsum expellere sine pœna et Banno non obstante, si non acceperit possessionem rei prædæ,

Vide adnota- tionem de Rubri- ca 11

scilicet ostenso solummodò Istmo emphytheutico falso, qd ipse pmus Possessor, vel emphytheota infrà 10. Annos elapsos nō possit, nec debeat ipsos, vel ipsum, sdu emphytheotā inquietare, vel molestare, si vō ipse sdus emphytheota crediderit antè finitos 10. Annos, possit in Curia Coīs Bulgi. petere ab ipso Possessore sibi indicari, et possit hinc indicta Curia Coīs Bulgi. petere, et agere via ordinaria.

Ut Nullus recipiat ad Scriptum aliquod Casalenum

Rubrica X.

Itē dicimus, et ordinamus, qd siquis receperit, vel recepisset in emphytheusis, vel ad Scriptū à Dño, vel quasi Dño aliqd Casalenum, in quo haberet aliqd ędificium in parte, vel toto, qd talis Locatio nō valeat, nec teneat in pręjudiciū illius, qui ędificiū habet in tali Casaleno in totū, vel in partem et si Potestas negligens fuerit in prędictis, perdat dè Suo salario 100. Lib: Den:, et hoc Captlū, et contenta in eò valeant, et locū habeant in pręsenti, pręterito, et futuro, et ille, qui tale Casalenū accepit in 100. Lib: Den: Coīs Bulgi. condamnetur, et quilt Litteratus, et quęlibet alia persona, quę tali conductioni pręstaret patrociniū in dō. Banno, debeat condemnari, talis retinens ędificiū in Casaleno prędō. in toto, vel in parte dè tenuta ipsius Casaleni nō possit, nec debeat accusari, nec condemnari, et Potestas prędicta

omnia exequi facere teneatur ad petitionem cujusque petentis, et si non fecerit in d.a quantitate possit, et debeat condemnari.

// De Tutore, vel Curatore dando Pupillis, // Vel Adulto //

// Rubrica XI. //

Vide adnotationes de Rubrica II. //

Item dicimus, et ordinamus, quod Pupilli, et Adulti, sive Masculi, sive Foeminae non habentes Tutorem, vel Curatorem si vocati fuerint ad Iudicium, et non veniant coram Iudice, teneatur, et debeat Iudex congregare proximiores Consanguineos ex parte Patris, et Matris ad Tutelam, sive Curam suscipiendam, et ad ipsorum Pupillorum, et Pupillarum, Adultorum, et Adultarum caussas, seu Negotia detur Pupillo, seu Pupillis Tutor, et Adulto, seu Adultis Curator, magis idoneum vel illum quem adultus petierit magis idoneum, et quod contra Pupillos, seu Minores non habentes Tutores, vel Curatores non procedatur, et si processum fuerit, processus ipse non valeat ipso Iure.

// De Curatore dando illi, qui male // Facit Facta Sua //

// Rubrica XII. //

18. Item statuimus, et ordinamus, quod si Pupillus male fecerit facta sua, et ipsius Cognati, et Agnati, vel major

L. 9. Pars illorum venerint coram Potestate, Capitaneo, seu Rectore, vel eorum, aut alterius eorum Iudice, qui sint numero tres proximiores Consanguinei, vel Affines ipsius talis male

facientis facta sua coram dictis Officialibus, vel altero eorum dari
Curatorem ad administrandum bona sua, ejusque pertractan=
da negotia, et caussas, et juret ad Sancta Dei Evangelia
corporaliter tactis Scripturis praedicta animo calumniae non petere,
20. sed bona fide, et sine fraude, quae petitio ista pro plena legitima
21. et sufficienti probatione habeatur talis, de quo petitum fuerit modo
praedicto prodigum esse, et malefacientem facta sua, et quod Po=
testas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Judices, et Officiales, et
eorum quilibet, coram quo petitum fuerit, teneantur, et debeant vin=
culo Juramenti, et sub poena 25. lib. den. pro quolibet de eo=
rum salario Comm. Dulg. applicandae tali Prodigo malefacienti
facta sua administrationem suorum Bonorum interdicere, et
sibi Curatorem dare infra tres dies, post quam petitum fuerit ad
omnia praedicta secundum petitionem omnium Consanguineorum, et in=
tra dictum terminum praeconizari facere per Civitatem Dulgi=
nii in locis consuetis, quod nulla persona cum tali Prodigo, et ma=
lefaciente facta sua contrahat, et dictum Bannimentum fieri de=
beat a die, qua dicta petitio oblata fuerit, tum facto Juramento
praedicto per dictos Consanguineos, et ex tunc a dicto Bannimento facto
in antea nullus cum dicto Prodigo, et malefaciente facta sua
contrahat, nec dictus Prodigus contrahere possit, nec Civili Ju=
dicio interesse sine praesentia dicti sui Curatoris, et si aliquem
Contractum a dicto Bannimento in antea cum aliquo fecerit
aut in judicio steterit aliter quam modo praedicto non valeat
ipso Jure, etiamsi praeceptum guarantigiatum esset quomodo=
cunque appositum in ipso Contractu, et Potestas, Capitaneus,

et quilibet eorum, vel eos, qui contrafecerint in prædictis in contrahendo cum tali Prodigo post d. Bannimentum in una tanta quantitate, in quanta continetur in contractu facto d.o Com.i solvendo debeat condemnare, nisi præsentia, et consensu d.i Sui intervenerit Curatoris, et nullus Notarius de Civit.e Bulg.i tales Contractus faciendi cum tali Prodigo sine præsentia sui Curatoris scribere audeat, vel præsumat ad pœnas sibi arbitrio Potestatis tollenda, et qd d.s Potestas, Capitaneus, sive eorum Iudex teneatur facere inquisitionem infra unum Mensem à principio eorum regiminis pro Civit.e Bulg.i de huiusmodi Prodigis, et male facientibus facta sua, et de his facere unum Inventarium, et facere banniri publicè, et nullus cum dictis Prodigis contrahat sine licentia sui Curatoris, ut Homines sciant, et se possint à dd.s Prodigis cavere, et cura facta tali Prodigo modo qd superius est expressum, et administratio facienda per d.m Curatorem datum modo prædicto dicto Prodigo, valeat, et teneat, et non possit impediri, nec obstet, si talis Curator de bonis Prodigi inventarium non fecerit, vel fecisset, et si quis Prodigus, vel male faciens facta sua vendidit, donavit, vel aliquem Contractum fecit, vel fecerit in futurum de aliqua re mobili, vel immobili, postquam sibi datus fuerit Curator, vel postquam sibi per Bannimentum fuerit bonorum administratio interdicta, Potestas, Capitaneus, sive Rector, vel Iudex Ipsorum, vel alterius ipsorum ad requisitionem Curatoris ipsius Prodigi, recepta probatione, qd res

pertineat, seu pertinuisset ad ipsum Prodigum, seu male-
facientem facta sua, quilibet ipsorum Officialium, coram
quo petitum fuerit, faciat rem per eum venditam, vel
donatam, vel alio modo alienatam sine præsentia, et con-
sensu Curatoris ipsi Prodigo restitui à quoque Possessore
et Contractum factum per d. Prodigum sine præsentia sui
Curatoris destrui faciat, et devastari cum effectu absque libelli
petitione, et oblatione, et litis contestatione, et Iuramento Calumniæ,
et omni judiciario ordine prætermisso, viso tamen Bannimento fa-
cto, quod nullus contrahat cum tali prodigo, dummodo Possessor ha-
beat regressum contra illum, qui dictas res habuerit à dicto
Prodigo, et male faciente facta sua, cui Possessori eodem modo
subveniatur; et quod in illo casu etiamsi Iuramentum intervenerit
nec Prodigus, nec ejus bona in aliquo Contractu, vel promissione
sine præsentia sui Curatoris post factum dictum Bannimentum ali-
cui aliqualiter obligetur. et si aliquis voluerit ad judicium
trahere aliquem ex prædictis Prodigis, quod debeat facere citari
Curatorem, et ipsum convenire pro ipso Prodigo, et si aliter fieret ci-
tatio, et Processus non valeat ipso Iure; et quod factum fuerit de-
beat retractari, nullo facto deposito, et si Instrumentum appa-
reat esse factum post traditionem factam, ut est superius
declaratum, etiamsi in ipso præceptum guarantigiatum con-
tineatur Iudex ipse, si factum esset sine præsentia d. sui
Curatoris executioni mandare non debeat, nec possit, im-
mò teneatur, et debeat cogere ipsum Creditorem facere finem,

et quietatione ipsi Prodigo, vel ejus Procuratori, et ad pro=
banda prodigalitate, quando quis probare vellet aliter quam per
tres Consanguineos secundum modum supra narratum, sufficiat
probatio unius Testis de veritate dicentis, et visu, et duo=
rum Testium de publica fama, et si Testis diceret, quod vidit
talem Prodigum ludere ad azzardum, quod de poena eius non
possit procedi, nisi contestes haberet ad dictam Confessionem, seu
visum, et super praedictis omnibus Potestas, Capitaneus, et eorum
Judices, et quilibet eorum possint, et debeant omnia, quae
fore viderint, et expedierint facienda ex eorum officio exer=
cere.

De Conductoribus Terrarum, et Vinearum
Rubrica XLIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod quique conduxerit, seu habue=
rit Terras, vel Vineas ad Cottimum, vel Laboritium, vel Domus ad
Pensionem ab aliquo teneatur et debeat, finito tempore locati=
onis ipsas Terras, vel alias res locatas Domino, vel quasi Domino
rei relinquere, vel etiam locatori ipsam rem locatam liberam,
et absolutam, et abinde in antea ad eas redire non possit,
B. L. nec in eas Dominum molestare; et si talis Conductor eas non dimi=
serit, et contra fecerit, et finito tempore locationis in eas mo=
lestaverit in 100. Solid: Den: Communi Fulgi condamnetur, et
liceat Domino, vel quasi, et etiam Locatori sua authoritate reintra=
re tenutas, et possessionem dictae rei locatae sine poena, et Banno,

23. et Capas croci attahere, siquæ essent in ea, et ipsi Conductores
24. teneantur, et debeant terras locatas, et per eos conductas be=
ne laborare, et colere toto tempore, quo ipsas tenuerint,
quod si non fecerint, vel fieri fecerint, licet Dno, vel quasi Dno
seu Jus habenti reintrare tenutas, et possessione dictæ rei lo=
catæ sine pœna, et banno, dummodo quod antequam Conductor disce=
dat de possessione, vel quod ea relaxet Dno rei conductæ debe=
ant eligi duo homines amici communes, qui debeant cogno=
25. scere de Juribus Conductoris, et desfinire, et donec dicto Conductori
de Interesse suo fuerit satisfactum, prout ipsi Arbitri definie=
rint, Conductor ad relaxandas eas nullatenus teneatur, et
item dicimus de his, qui conduxerint terras ad pastinandum,
et teneantur ipsi Conductores illis, a quibus receperint terras, vel
Vineas dare idonea cautione ad petitionem ipsorum de non
removendo fructus, vel Capas croci, quæ vel qui essent in
dicta re locata, nisi primo Locatori satis fecerint de affictu, et
si quis contra prædicta fecerit in 100. solid: den: Coi Fulgi.
condamnetur, et si quis constituerit res aliquas nomine alterius
tenere, et possidere, et possessiones, seu fructus rei vendiderit, vel
donaverit sine licentia illius, cujus esset res, seu fructus ipsius
rei liceat illis, quorum nomine constituit possidere, vel suis,
aut ipsorum hæredibus post completum terminum, seu
tempus reintrare tenutas, et possessione ipsius rei, et ipsa
uti sine pœna legis, et Banni, et Potestas ad petitionem Lo=
catoris, vel hæredum ipsius faciat ipsum Locatorem, vel ejus

Haeredes in possessionem ipsam rerum induci sine aliquo Salario exceptione aliqua non obstante, scilicet solummodo ostenso Estro praecante, sive ille, qui constituit se pro aliquo possidere possideat sive non, et praedicta vindicent sibi locum in Cottimis Terrarum, et Vinearum, et in rebus datis ad pensionem, de quarum fructibus venditio facta esset in fraudem Conductoris, aliqua Lege, et Capitulo non obstante, et postquam Dominus proprietatis, vel quasi dederit, concesserit, vel locaverit aliquam rem ad Fictum, sive Cottimum ex dictis Rebus ad certum tempus nullo modo talis Conductor sine voluntate Locatoris jus suum alicui concedere possit, et si quis contrafecerit in 100 solidos Cor. Julg. condamnetur, et locatio per Conductorem facta sine voluntate Locatoris non valeat, nec teneat, et hoc locum habeat in praesenti, praeterito, et futuro, et si quis locaverit, vel locavit aliquam domum pro tribus Annis, vel majori spatio temporis, et talis Locator ven=

26. dere voluerit ipsam Domum, quod possit eam libere, et absque aliquo Conductoris Iure, vel Ratione servata vendere sine poena, et banno, dummodo tamen maliciose non vendat, et quod jus

27. Conductoris semper maneat salvum de eo, quod si per Conductorem, vel alium pro eo esset Locatori aliquid pro pensione solutum, ultra quod debuerat, quod talis Locator eidem Conductori de soluto ultra id, quod deberet semper in omnibus ad restitutionem ipsius ipsi Conductori compellatur de facto; si vero talis Locator domum Locatam venderet maliciose, et in fraudem

Conductoris, ordinamus, et dicimus, qd venditione hujusmodi n obstante, ipse Conductor ista domus usque ad comple=
28. mentu locationis sine pena, et banno possit, et liceat retin=nere, et nihilominus talis Locator ista domus in fraudem vendens in 100. Solidos Cori Bulg. condamnetur, et liceat Dno vel quasi rei locatae ipsas res pro suo melioramento, vel pro sua necessitate vendere dummodo satisfaciat Conductori de Iure suo, et melioratione, quam fecisset in re predicta conducta ad laborandu ad voluntate duorum Amicorum vel Consanguineorum, qui communiter a dd. Partibus eli=gantur. Item, qd emptor cujusque rei locatae alteri non possit intrare ipsius rei per eum emptae tenutam, nec etiam possidere, si tempore emptionis res ista teneretur per aliquem Conductorem, nisi primo ipsi Conductori sit satisfactum de Iure suo sedu declarationem faciendam per duos Con=sanguineos, vel Amicos Communes, et qd ad petitionem Condu=ctoris teneatur talis emptor, quam Venditor jurare ipsam vendi=tionem n esse calumniosam, nec in prejudicium ipsius Con=ductoris factam.

De Laboratoribus Terrarum, et Vinearum

Rubrica XLV.

Item dicimus, et ordinamus, qd Laboratores Terrarum, et vinearum teneantur, et debeant Locatores, si vixerint, sin autem heredes ipsorum requirere, quod fructus rei

locatæ ab ea voluerint removere tempore congruore=
colligendorum fructuum, et reddere Locatori, vel ejus Hære=
dibus partes contingentem de Blado, Canipa, Lino, et ali=
19. is fructibus, si Dnus rei locatæ voluerit ipsas partes in Campo
recipere, et sin in ara, vel saltem in alio loco secundum
quod actum exstitit ex pacto inter eos, dicta semper requisitione
præmissa, et quod de Blado, Canipa, Lino, Vino, et illis non possint
dare Messoribus, Canepatoribus, vel Vindemiatoribus, nec aliis
quibusque Personis de illis Possessionibus, quæ jacent ad Cabo=
nium sine voluntate Locatoris, vel Hæredum eorum, et si quis con=
trafecerit, in tribus Libris Den: vice qualibet Coi Bulgi condem=
netur, salvis pactis factis inter Contrahentes, et si aliquis Conductor
alicujus rei negaverit Dno proprietatem rei sic locatæ ad
personas, coltivum, vel affictum ipsi Dno, seu Locatori
ejus pertinere in 10. Lib: Den: Coi Bulgi condemnetur,
et liceat Dno, seu Locatori sua authoritate reintrare tenu=
tas, et possessionem ipsius rei, et ipsi Conductores teneantur,
et debeant battere Bladum, incigliare Canapam, et
Linum, et vindemiare Uvas, et alios fructus aptare re=
rum, et possessionum conductarum per eos, quantum re=
rum, et possessionum propriarum ipsorum Conductorum, et qui con=
trafecerit solvat Bannum 40. Solid: Den pro quali=
bet vice, et debeat ipsas Terras Vineas, et Possessio=
nes colere secundum pacta habita inter Conductores, et Locato=
res.

97 v

De ædificiis pendentibus super Domos, et Ædificia aliena

Rubrica XV.

Item dicimus, et ordinamus, qd si Murus, vel aliqua alia res alicujus steterit, seu penderit super Domum, Casalenum, seu Ædificium alicujus, seu aliquorum Vicinorum ipsa super appensio in nullo præjudicet alicui, de cujus Casaleno Domo, vel Ædificio appensus fuerit, illi, versus quem appodiatio facta aliqua præscriptione temporis etiam 30. annorum, illi de cujus Domo, Casaleno, vel Ædificio appensum fuerit, vel appodiatum non præjudicet; et Potestas, Capitaneus, vel eorum Judices, et Officiales teneantur, possint, et debeant et eorum quilibet de hujusmodi quæstionibus cognoscere, et ipsas definire summarie sine libello, et ignomoramentum facere relevare, et removere à terra usque ad Cælum, et si quid fuerit superappensum, vel appodiatum supra domum, Casalenum, sive Ædificium alicujus, et si in Semita, vel Via vicinali, sive in Strata publica aliquid fuerit appodiatum, seu Columna de ligno serrata, seu ficta fuerit, quæ impedimentum præstaret incontinenti faciat levare, et removere, ita qd Convicini, vel aliquis alius in eundo, vel redeundo aliqd impedimentum habeant inde; et Potestas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Judices, et quilibet eorum infra octo dies, postquam querelas habuerint, teneantur facere levare, et removere sine Libelli petitione, et obligatione, et Juramento Calumniæ, et quicunque tenet

Muros Coïs Bulgⁱ; et tenuerit aliqm rem Coïs per qd=cunque tempus ipsa tenuta, et possessio occasione alicujus præscriptionis temporis Coï Bulgⁱ in aliquo n' præjudicet, et prædta valeant, et teneant, et locu habeant in præsenti, præterito, et futuro.

De Nunciatione Novi Operis

Rubrica XVI.

Vide adnot. Item dicimus, et ordinamus, qd si aliquis ædificaverit in aliquo loco, vel ædificium fecerit, et aliquis denunciaverit no=vum opus per jactum lapillorum, vel alio modo legittimo, Capitaneus, vel Judex Caussarum Civilium Coïs Bulgⁱ teneatr mittere pro tali de=nunciatione ad petitionem consentientis novum opus, et ipsum cogere ad recipiendum fidejussorem ab ipso consentiente de removendo ædificata expensis ipsius ædificantis, si denunciator probaverit intra unum mensem computandum à die receptionis ipsius fide=jussoris, seu satisdationis ædificatoris injuste ædificasse, et si n' proba=verit talis denunciatio sit cassa, et vana, et pro nulla habeatr, et propr talem denunciationem illud, qd ædificatum est, n' debeat mu=tari, nec possit, et si talis denunciator recusaverit, vel contem=pserit ddos fidejussores recipere nomine ipsius denunciantis ab ipso ædificante, qd ddi Offes, et quilibet eorum, coram quo dta quæstio versaretr, teneantr, possint, et debeant ipsos fidejusso=res recipere, et talis receptio valeat, et teneat, acsi facta esset per ipsum denunciantem, et ex hinc possit ædificare, non obstante

denunciatione prædicta. Item qd nullus possit apprehendere de Strata, Burgo, vel Via ædificando de novo in veteri, vel reparando, vel desuper ædificando ultra id, qd de jure debet habere ad pœnam 25. lib: Ven: (Coi Bulg.s applicand); et Potestas teneatur facere destrui sic apprehensum ad petitionem cujusque petentis intra octo dies, postqm fuerit sibi denunciatum, et si aliquis destruxerit, seu devastaverit pro parte Muri, et illum ædificare inceperit, seu voluerit, et ipsa in ædificatione apprehenderit de via, vel Strata (Coi Bulg.s amplius n possit, qm in devastatione, seu destructione d.i Muri, seu Panetis reapprehendere ad pœnam præd.am; et Burgus strictus, qui esset inter domus suas, et Vicinorum suorum per aliquos restringi, nec ædificari in eo, ut apprehendi possit, aut impediri, et Potestas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Judices, et quilibet eorum, coram quo petitum fuerit intra octo dies, post qm querelam habuerint, totum illud, qd ædificatum vel apprehensum invenerit facere revelari, et Burgum reduci amplum in pristinum statum ad petitionem cujusque petentis teneatur. Item teneantur etiam dd.i Officiales, et eorum quilibet ad petitionem cujusque petentis, ille, coram quo petetur personaliter accedere ad ipsum locum, et videre ipsas Stradas, viam, seu Burgum, et huj: superapprehensum semel, et pluries, et quoties opus fuerit, et faciat devastari quidquid superapprehensum fuerit, et ipsas Vias, et Burgum ad statum pristinum reduci faciat cum effectu, et si Potestas, Capitaneus, vel eorum

Iudex in prædictis fuerint negligentes, quilibet ipsorum perdat de suo Salario 25. Lib: Ven:, in quibus quilibet ipsorum contrafaciens condamnetur, et si aliquis denunciaverit alicui novum opus per jactum Lapillorum, ipsa denunciatione teneatur, et debeat coram Constructoribus novi Operis, vel alterius ipsorum, seu alicujus de Familia construentis, vel coram illis, qui laborant in ipso opere facere, et si aliter fieret, ipsa denunciatio non valeat, immò sit cassa, et vana, et pro nulla habeatur. Item, quod si quis denunciaverit alicui novum opus injustè, et de suo jure, seu præjudicio non probaverit intra mensem, quod ædificans, etiam si injustè ædificaret, ædificet, et ædificare possit, et talis denunciator in 100. Solid: Ven: Coi Bulgi condamnetur, et hoc Capitulum, et in eo contenta valeant, et teneant, et locum habeant in præsenti, præterito, et futuro //

// De emancipatione facienda, et Modo in ea //
// Servando //
// Rubrica XVII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis voluerit emancipare Filium suum, vel alium quemque habeat in potestate sua primum debeat illum emancipare, et facere scribi in libro Cois Bulgi:, et scriptus in libris faciat in Concilio Gli denunciatione, quod de tali scripto in libris Communis facere intendit, nec talis emancipatio fieri valeat in præjudicium Cois Bulgi, et Pater teneatur dare Filio partem de omnibus Bonis ipsius contingentem, si Domus commodè dividi possit, et si aliter dicta emancipatio fieret

non valeat in prejudicium Coij Bulgi. nisi fieret in d.o Concilio, et hoc valeat in pnti, preterito, et futuro, et nullus presumat dicere in Concilio, talis emancipatio vult fieri, nec nominare ista emancipationem, nisi pmo talis emancipationis reperiatur scriptus in libro Coij Bulgi., et qui contrafecerit in 40. solidos Coi Bulgi. condamnetur, et quilibet possit contrafacientem accusare, et si filius familias male gesserit facta sua, Pater, vel Mater possit venire cora Potestate, vel Judice Maleficiorum Coij Bulgi., et talis filius male gerens negotia sua constringatur per Potestatem, vel Judicem Maleficiorum ad recipiendam emancipationem ad petitionem Patris sui, et si Pater male gesserit facta sua, et filiorum, qd filii, vel filius possit cora dd. Judice, et Potestate petere, qd Pater ipsos filios, vel filium debeat emancipare, et dare sibi, vel eis partem contingentem de bonis suis, et Potestas, et Judex Maleficiorum Civitatis Bulgi. possint, et debeant talem Patrem male gerentem facta sua, et filiorum constringere ad petitionem filii, vel filiorum ad eos, vel eum emancipandum, et ad danda ei, vel eis partem contingentem de omnibus bonis suis. et si dd. Potestas, et Judex Maleficiorum in predictis fuerint negligentes, ipsorum quilt in 50. lib: den: Coi Bulgi. debeant condemnari, et si aliqua emancipatio facta fuerit violenter, et involuntarie, servata d.a forma in pnti Statuto contenta, valeat, et teneat, et plena habeat roboris firmitatem, ac

si voluntarie, et Iudicio facta est, et cum voluntate utriusque, scilicet emancipati, et emancipantis, etiam si emancipatus in etate legittima non fuisset, Capitulo, Statuto, vel lege aliqua in contrarium non obstante. Pars autem danda, et emancipatio tradenda intelligatur hoc modo, videlicet: quod secundum formam Statutorum loquentium, quod Pater teneatur pro Filio in maleficiis, et in omnibus liceat emancipare Filium male facientem facta sua, et dare sibi partes de bonis, quam Pater dare voluerit tali Filio male facienti facta sua, et aliam partem habere non possit, nec plus de bonis Patris petere, nisi illam partem, quam dictus Pater suus dare voluerit sibi, et sic dari, et recipi istam partem, ut dictum est, volumus, et si filii, vel filie alicujus malefacientis facta sua essent ita parvi, quod nescirent emancipationem petere, ad eis fieri quod Potestas, vel ejus Iudex, coram quo petitum fuerit, tales minores emancipari facere teneatur, et ad petitionem Consanguinei proximioris petentis, et talis emancipatio facta ad petitionem propinquorum valeat, dummodo quod fuerit servata forma predicta, et quod pro maleficio Patris tales minores emancipati non possint inquietari, neque constringi, et si aliquis Filios, vel Filias emancipaverit, quod de tali emancipatione Camerarius Communis Fulginei teneatur facere scribi copiam in libro Communis Fulginei, qui liber per ipsam Cameram fiat, et in ipso libro

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

scribant omnes emancipationes, quæ fierent, et nomina omnia emancipatorum.

De Relictis, et ultimis Voluntatibus satis= faciendis, et de male ablatis

Rubrica XVIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis in suo ultimo Testamento, et ultima voluntate mandaverit, vel disposuerit, quod sui Legatarii, vel Fideicommissarii reficiant usuras, vel male ablata restituere teneantur secundum voluntatem, et dispositionem ipsius Testatoris, et si ipsam restitutionem facere omiserint, vel recusaverint in 25. Lib: Den: Cor: Fulg: condamnentur, et talis confessio facta in Testamento, vel Codicillis non possit modo aliquo revocare, immo ipsa confessio executioni mandetur per Potestatem, vel ejus Officiales, acsi in judicio facta esset legittime, et quod Notarius, qui scripserit Testamentum, seu Codicillos, in quibus prædicta confessio facta esset, ipsam confessionem dare teneatur cuilibet petenti ad pœnam 10. Lib: Den:, in quibus si contrafecerint penitus debeat condemnari, et Potestas, Capitaneus, et eorum Judices, et Officiales, et quilibet eorum teneantur, et debeant Heredes Legatarios, et Fideicommissarios ipsius Testatoris cogere ad adimplendum, et satisfaciendum voluntati Testatoris in omnibus, et per omnia, et Notarius, qui tales Scripturas habuerit, cogatur a Potestate, et ejus Officialibus ad dandum ipsas Scripturas cuilibet petenti, habito pagamento suo, ita quod Voluntas

BIBLIOTECA COMUNALE FOLIGNO

Testatoris adimpleat, aliqua præscriptione Temporis non obstante, et nullus possit publice, vel occulte in prædictis dd.ᵗ Hæredib. Fidecommissariis, et executorib. vel Legatariis aliqd impedimentu dare ad pœnas 20. Lib: Ven: Et si aliquis abstulerit, vel furatus fuerit, vel occupaverit dd. bonis, et reb. alicujus Testatoris, Potestas, Capitaneus, et boni officiales teneantur, et debeant tales occupantes Fures, vel Invasatores constringere ad restituendu occupata, vel apprehensa, et ad ponendu in locu suum, et in statu, in quo erant ante apprehensionem, seu invasionem prædam; ita qd Nullus Notarius debeat movere aliqued volentem facere Testamentum, et in eo volentes facere, ponere, vel relinquere usuras, vel male ablata, ut prædª non relinquat, aut ponat in d.º Testamento, et si quis contrafecerit, puniatur, et condamnetur vice quatr in 10. libras Ven: Comi Bulg.ᶜⁱ applicandas, et hoc locum habeat in quatr parte sui, et in quotr membro pntis Capli, et in pnti, præterito, et futuro, nullo alio Caplo non obstante. Item, qd in Testamento condendo in Comitatu Bulg.ᶜⁱ sufficiant quinque Testes.

30\. // Quod nulla Persona cogatur ad Testandum //

// Rubrica XIX. //

Item, quia nihil est magis Hominibus debeatur qm Supremæ Voluntatis sit libere solutus, et licitus, post qm non credit arbitrium Spiritus, et dicitur Homo vadens, et non rediens, ideo ejus suprema Voluntas debet esse libera, et pro Lege servari; Statuimus igitur,

101v

qd nulla Persona audeat, vel presumat aliqm Personas cogere ad testandum, vel per testatione supremam Voluntatem contrà voluntem testatoris facere, confici, vel fieri, nec debeat aliqua Persona aliqd impedimentum dare alicui volenti testare, seù qmque ultima voluntem condere, et si aliqua persona contrafecerit privetur omni commodo, qd posset consequi, et consequi deberet ex qualibet successione, qm faceret, seù facere posset dictus volens testari, seù contrà voluntem testatoris ex coactione, qm aliquis faceret, et nihilominus puniatur, et condamnetur in 100. Solid: Den: Coi Fulginii applicandorum.

// De Ratione reddenda per Tutores Pupillorum //
// Pupillis //
// Rubrica XX. //

31. Item quià pupillis, et adultis debemus esse in Justitia fautores et providere propositè, cui ipsi sibi providere non possint, ne istorum facultas, et Bona per ipsorum Tutores, et Curatores dissipentur, statuimus, qd quilibet Tutor, vel Curator teneatur omnino reddere rationem Tutelæ, et Curæ, qm administravit, et gessit, et si in reddenda ratione inventus fuerit, curam, vel tutelam male administrasse, amoveatur à Tutela, et Cura, qm gessit, et alius loco ipsius substituatur idoneus, et adultum, vel pupillum male administrans conservet indemnem, et sibi, et suo Curatori, vel Tutori substituendo reliqua restituat, et nihilominus condamnetur pro fraude, seù male gessione in 25. Lib: Den: et rationes reddere debeat in scripto modo,

videlicet; In presentia quatuor Consanguineorum propinquorum d.i Adulti, vel Pupilli ex parte Patris, vel Matris, qui jurare cogantur d.e rationes per Iudicem Maleficiorum audiri, et facere bona fide pro Adulto, vel Pupillo, et referre
B2. in scriptis d.o Iudici, seu quod invenerint intra unum mensem a die prestiti Iuramenti ad penam 25. Lib: Den: pro quolibet ipsorum. Quorum relationi in scriptis latae stetur, et habeatur
BB. pro legittima probatione, qua recepta Iudex teneatur procedere ad omnia supradicta, et etiam quod dempta sine aliqua probatione aliqua accusatione, denunciatione, seu Processu, et ipsa sententia valeat, ac si esset omnis Iuris et judicii ordo plene servatus, et a d.a sententia nulli liceat appellare, nec de nullitate opponere, nec quomodolibet retractare, sed intra 10. dies executioni mandare, exceptione, seu petitione aliqua non obstante.

// De Potestate, Capitaneo, Prioribus, ac Aliis, //
// qui Iura reddere tenentur, et eorum //
// Officio //

// Rubrica XXI. //

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, Capitaneus, et Priores Populi Civitatis, et eorum Officiales, ac etiam Notarii Damnorum Datorum, et alii singuli Civitatis predictae, qui jurisdictionem et cognitionem habent congruis horis sui copiam faciant ad Iura reddenda ad Bancum Iuris, seu quod sunt deputati convenienti tempore veniant, sedent, tractent, et querelantibus justitiam

102v

reddant hac lege perpetuo valitura sancimus, et qd Campa=
narius Civitatis Bulg:, qui pro tempore fuerit, teneatur, et de=
beat de mane ante media Tertia pulsare Campanam,
quae pulsatur pro Custodia Civitatis, et post Nonas ante Vesperas
hora habita; sed ita qd sibi videbitur simili modo d. Campanam
pulsare, et tenere pulsationes, et sonum per magnam horam,
exceptis diebus festivis, et Dominicis, et praedicta omnia bene, et le=
galiter, et sollicite faciat, et ea adimplere teneatur vinculo Iu=
ramenti recipiendi ab eo per dd. Priores praedictos; qui Potestas,
Capitaneus, eorumque Iudices, et Officiales, et Priores Populi, et Nota=
rii dd. Doctores, et omnes alii Officiales, qui cognitionem habent
ad bancas eorum, ad quas essent deputati venire, et stare te=
neantur, et debeant vinculo juramenti a tempore pulsationis
d. Campanae sedere, et audire stantes coram eis, vel altero
eorum usque ad Tertias de mane, et de sero usque ad Vesperas
diebus non feriatis, diebus vero feriatis, et maxime in die Veneris,
quae dies Veneris maxime sit feriata, Potestas, Capitaneus, et
Iudices teneantur, et debeant in pulsatione d. Campanae ve=
nire, videlicet; Potestas ad Bancum Malleficiorum, Capitane=
us in loco consueto, et audire omnes aliquid coram eis
proponere volentes, et de suis Officialibus querelantes sub poe=
na 10. lib: Ven: pro quolibet ipsorum Potestatis, et Capita=
nei, in quibus, si fuerint negligentes in veniendo ad dd.
Bancas dd. diebus, et temporibus, quilibet ipsorum Potestatis, et

Capitanei, et quilibet Judicum prædictorum Potestatis, et Capitanei, et qui etiam discederet, seu derelinqueret in prædictis, in quinque Lib: Den: per Syndicum D.i Coīs tempore Syndicatus ipsorum debeat condemnari; et ordinamus, et volumus, q.d in pulsatione d.æ Campanæ Ostia, sive Portæ Palatiorum dd. Officium n. sint clausæ, et ante d. pulsationem debeant aperiri per dd. Offas pœna Sacramenti, et p. 5. Lib: Den: de Salario ipsorum Officium auferendis, et nullus de Civitate, vel Districtu Bulg.i ante d. pulsationem, et postq.m dd.i Offas se levaverint à Banchis reintrare valeat, et audeat ipsa Palatia, nec ad dd. Offas accedere pœna 50. Lib: Den: videlicet; Ostium Scalarum Palatii Potestatis, q.d ascendit in Schalas Superiorum, et Ostium Palatii Capitanei, q.d est in Schala inter Palatium Capitanei, et dom.s Offas teneantur, et debeant pœna præstiti Juramenti inviolabiliter observare.

De his, qui dubitaverint, ne aliquis habeat aliqua Jura occulta in aliqua Possessione, quæ Forma servetur

Rubrica XXII.

Item dicimus, et ordinamus, q.d Malitiis Hominum, prout est possibile obvietur, q.d si aliquis, vel aliqua dubitaverit de aliquo, vel de aliquibus, ne in posterum de aliqua, seu de aliquibus rebus sibi Lis, seu quæstio aliqua moveretur per aliquem, seu aliquam, de qua, seu quo dubitaret, Potestas, et ejus Judex teneatur, et debeat ad petitionem cujusque petentis statuere terminum certum tali, seu talibus, de qua dubium gereret ad agendum, et petendum quidquid vellet,

seu vellent de bonis, et super bonis talibus illius, seu illorum, et illarum, qui, seu quae dubitaverint ad producendum omnia sua Iura, et Instrumenta quaeque, et si non fecerit, seu non fecerint, et ipsorum Instrumenta, et Iura non produxerint, et introduxerint in ipsum Terminum ei, vel eis statutum, seu statuendum, et assignatum Potestas, et ejus Iudex, coram quo fuerit postulatum, teneatur, et debeat vinculo Iuramenti, et etiam possint auctoritate praesentis Capituli, seu talibus, de quo, seu de quibus dubitaret, silentium perpetuum imponere de bonis, seu in bonis praedictis, et si postea aliquod Instrumentum producere vellet, seu vellent, vel aliquid de suo Iure proponere minime audiatur, vel intelligatur, sed ipsa Instrumenta, Iura, et possessiones inutilia habeantur, et sint auctoritate praesentis Capituli, ita quod ex eis alterius agi non possit. Item, quod ad petitionem emptoris alicujus Rei Potestas, et sui Officiales possint et debeant facere praeconizzari per Bannitores Communis Iulg: per loca publica, et consueta dictae Civitatis, quod si aliquis vellet petere, vel aliquod Ius habere in dicta re, seu rebus sic emptis, quod debeat comparere coram dicto Potestate, seu Iudice addicendum, et opponendum, et monstrandum quidquid vult intra quintum diem, et tribus Bannimentis sic factis cum termino quinque dierum pro quolibet Bannimento, de caetero non audiatur, nec possit emptor in aliquo molestari, salvo quod, si veniens postea probare poterit Bannimenta praedicta ignorasse legitime, quod audiatur in proprietate dictae rei emptae ostenso de legitima ignorantia, et dicta Bannimenta sibi in aliquo praejudicare non possint, et praesens Capitulum sit praecisum,

et non truncum in aliqua parte, seu cui nullus aliud Captus antea, vel vero positum contradicat, nec possit ei in aliquo derogare, dummodo quod si tales, seu talis, de quo, vel quibus dubitaretur fuerit, vel fuerint praesentes detur terminus per eundem Potestatem, sive ejus Judicem 10. dierum; si vero fuerit absens, detur terminus tali absenti unius mensis, si autem fuerit, seu fuerint exbannitus, seu exbanniri possit, seu possint per Procuratorem legittime respondere, salvo quod si ille, vel illi, de quo, seu de quibus suspicaretur, seu dubitaretur diceret seu dicerent illum talem, ad cujus petitionem citatus esset, seu citati essent non habere Jus in ea, quod tunc Judex, coram quo praedicta peterentur dare debeat dilationem utrique parti ad probandum de Jure suo, et qui melius probaverit de Jure suo illi per ipsum Judicem adjudicetur.

// Ut Nulla Statuta, seu Ordinamenta fiant //
// Contra libertatem ecclesiasticam //
// Rubrica XXIII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Statuta tam Populi, quam Comunis Bulgari, vel aliquod Capitulum ipsorum Statutorum, et ordinamentorum Civitatis Bulgari essent, vel esse judicarentur contra libertatem ecclesiae Romanae, ex nunc denunciamus ipsa talia Statuta et Ordinamenta facta in quoque Volumine Statutorum, tam Populi, quam Comunis Bulgari reperta contra libertatem ecclesiae cassa, irrita, et nullius valoris esse, et ex nunc pro cassis, irritis, et nullius valoris penitus habeantur.

// Quod Nulla Statuta, Ordinamenta, seu //
// Capitula fiant, seu fieri possint con= //
// trà Statuta, Provisiones, seu Ordi= //
// namenta Communis, et Popu= //
// li Civitatis Fulginii //
// Rubrica XXIV. //

Item dicimus, et ordinamus ad manutenendas, et conservandas Libertatem, et Jurisdictionem Cois, et Populi Civitatis Fulgi., sta=tuimus, et ordinamus, et pnti Edicto firmamus, qd contra Statu=ta, et Ordinamenta, Provisiones, et Ordinationes, ac reforma=tiones Cois, ac Populi Civitatis prædictæ n possint fieri, nec modo aliquo celebrari aliqua ordinamenta, Capitula, seu Pacta per Homines alicujus Artis Matriculæ, seu Societatis Ci=vitatis Fulgi., et ejus Districtus, et facientes contra per Pote=statem, seu Capitaneum Fulgi. Coi Fulgi. vice quatr in 100. Lib: Den: Penispinorum, et Pacta, et Ordinamenta præ=da. n valeant ipso jure, etiã si extiterint aliquatenus approbata.

// De in Jus vocando, et qualitr //
// debeant fieri Citationes //
// Rubrica XXV. //

Item, ut Malitiis, et Fraudibus occurrat, quas circa Citatio=nes reperimus hactenus esse commissas, unde aliqui absque culpa damna aliqua, et gravia incurrunt, ne in poste=rum similia perpetrentur, pnti Lege firmamus, qd omnes,

et singulæ Citationes in posterum fiant modo, et forma, vtt; qd in Caussis ciuilib. in quolt actu sufficiat unica Cita=tio personalis facta de citato, dummodo de citatione appareat de nomine, et cognomine Citati, et de actu, ad quem sit citatus, et ad qd bancum, et de loco, in quo habitabat citatus tempore citationis, et ad cujus petitione, et de tempore, in quo debebat comparere, in quo termino si citatus n comparuerit, ex=hinc Iudex, cora quo citatio facta fuerit, possit procedere ad tenuta dandam, vel ad exbandiendum, et prout caussa, de qua citatio facta fuerit, exigat, et requirat, sedm formã Statuti Bulgi. ad quemlt actum, ad quem fuerit citatus Cipsius contumacia n obstante) procedi possit, si vo. Citatus personalis inventus n fuerit, n possit per unica citatione procedi ad aliquem Offem Ciuitatis Bulgi. ad bandum, vel ad tenutam dandam, nisi reus fuerit diuersis Citationib. una, et sda citatione peremptorie citatus ad domum, in qua habitaret tempore Citationis prædictæ; In singulis aute alijs Actib. qui occurrerint in caussis sufficiat uni=ca citatio facta ad domu propriæ habitationis, ita tn, qd Citatio ad Senta audiendam fiat cu Commissione, et Comminatione peremptorie, salvo qd antequm Iudex pro=nunciet in bonis alicujus ad tenuta dandam, vel ad Bannu, seu Reus capiendu, qd Reus diuersis dieb. debeat bis citari domi, vel semel personalis; et Locus n habeat

105v

in Instrumenti quarantigia continentibus, sed sufficiat, quod ad opponendum contra Instrumentum quarantigiatum unica Citatio fiat. Tendantur autem, et debeant appparitores, seu Bajuli in singulis Citationibus faciendis ad domum habitationis citandi alta voce, in præsentia Vicinorum clamare, et nominare, quem citant, ad cujus petitionem, ad quem actum coram quo Judice, et tempore, in quo comparere debeat citatus, seu citandus per eum, et sic referre, et in qua Contrada posita est Domus, ad quam citavit ipsum Citatum, et ejus relationi stetur, et citatio aliter facta, quam dicto modo, non valeat, neque teneat; Ubi autem Hæredes vel esset incertus, et sic citaretur, vel quod expediret citari Hæredes, ipsa Citatio hoc modo fiat, videlicet; quod Citatio fiat ad Domum, in qua Defunctus decessit, si in Civitate, vel in Comitatu Bulgari decessit, si vero extra Civitatem, vel Comitatum Bulgari decesserit, vel quod non decessit, in domo fiat ipsa Citatio ipsorum Hæredum ad domum solitæ habitationis illius, qui decessit: si vero dictus decedens, cujus Hæredes quis vocare facere vellet, non habitasset, seu habitaverit in Civitate, seu Comitatu Bulgari citetur, et citatio ipsa fiat secundum formam Statuti, quod loquitur de Forensibus, et quod Bajulus, qui tales Hæredes citaverit, seu citaverit, teneatur referre Cedulam, in qua continetur, ad cujus petitionem sit ipsa citatio, coram quo Judice, et ad quid citetur, et ipsam Cedulam, seu Scripturam portet, et

postea ipso instanti ipsa citatione facta teneatur, et debeat ipse Bajulus affixam dimittere ostio d.e Domus defuncti, et debeat ista citatio sic bis fieri cum intervallo duorum dierum ad minus inter unam, et aliam ipsarum citationum cum commissione, et comminatione peremptoria, et citatio in d.o casu aliter facta, quam modo prd.o non valeat ipso Iure; et si aliquis apparitorum, seu Bajulorum falso, et aliter, quam citaverit, delinquerit in praedictis, vel aliquo praedictorum, quod de facto debeant, et auferre 25. lib: den: per Iudicem, vel offlem, coram quo talis relatio facta fuerit Camerae Coris Bulg.i applicanda, quas si non potuerit solvere, fustigetur per civitatem Bulg.i, et toto tempore sit infamis, et Processus factus vigore d.ae falsae citationis non valeat ipso Iure, et fieri faciens in amissione caussae puniatur, et a Iure, quod habebat, cadat ipso Iure; quae omnia supra in quolibet casu praedictorum intelligantur tantum de citationibus faciendis, de actore, et reo, et quod de ipsa citatione possit contumacialiter procedi contra aliquem. Item, quod Notarii d.i Potestatis, et Capitanei debeant scribere omnes commissiones, quae fierent eis per Iudicem, et relationes, quae per Bajulos fierent, et ipsas scriptiones ponere in actis poena praestiti Iuramenti, et 20. lib: den: pro

34. quolibet. Prohybemus enim lege pnti, quod nullus possit aliquem coram diversis Iudicibus pro uno, et eodem debito, seu delicto, sive recitari facere, nec etiam convenire, durante instantia primae litis, nec etiam pro diversis rebus, sive debitis, durante Instantia

106v

supradª., nisi coram uno Judice tantum, et si quis contra facere praesumpserit, quod gesserit, non valeat ipso Iure, et pro fraude commissa in 25. lib: den: Comi Vulgi. applicandis puniatur, et expensas parti reficere teneatur.

// De Iudiciis, et Judiciorum Ordine //

// Rubrica XXVI. //

Item quia lites hodie propter litigantium malitias in Civitate Vulgi. effectae sunt penitus immortales, propter quod litigantes incommoda sentiunt laboris, et expensis cupientes parcere supradictis, et medela convenienti morbo obviare praedicto. Praesenti lege firmamus, et statuimus, quod in caussis libellariis, et quae de sui natura contestationem exigunt, nulla exceptione obstante, facta tamen legittimatione Personarum procedi debeat ad litis ingressum, salvis exceptionibus Usurarum, et Bannimenti excomunicationis, et non scripti in libra, et datiis non soluti, quae probari debeant coram Judice suo, quae exceptio non possit opponi contra Filias, et Filius familias, et Nepotes, et Uxores habentes Virum, dummodo Pater, vel Avus, seu Maritus Uxoris sit scriptus in libra, et solvat datia, et Collectas, et idem in Vidua, quae vel habuerit dotes, quae exceptio non scripti in libra, et datii non soluti debeat opponi, et dari secundum formam Capituli loquentis de materia positi in ordinamento Librae, et quae probari debeat infra octo dies statim a die propositae exceptionis coram Judice Particulari caussae, videlicet; Usurariae secundum formam praescripti ordinamenti loquentis de usuris, reliquae

v.^s dies ordinis formas Juris, quas, vel quas si opponens n̄ probaverit teneatur ex hinc Judex particularis causæ, et debeat incontinenti de facto nulla exceptione, appellatione, et petitione Consilii obstantibus expensas factas prætextu exceptionis, ei, contra quem opposita esset facere resarciri sub pœna præstiti Juramenti, et 25. lib: den: ~~pro quatis dd. exceptionum~~ intra 8tia dies, et nihilominus in 10. libras den pro quatis dd. exceptionis n̄ probatarum opponens Coi Vulg.^{ri} condamnetur. Teneatur etiam Judex particularis causæ ad petitionem cujusque petentis partem adversam Litem sup. libello oblato facere contestari, quæ litis contestatio habeatur pro vera, et legitima contestatione, ac si ab utraque parte lis esset legitime contestata, et procedatur in causa ad decisionem ipsius, et ideo volumus observari; qd prædictæ exceptiones in principio nominatæ possint opponi in omnibus causis, etiam si opponatur, qd debeant probari modo, et forma, et terminis supradictis, et quilibet in probatione ipsarum deficiens puniatur modo prædicto; Teneatur insuper Judex causarum Cois Vulg.^{i} Civilium in virtute præstiti Juramenti ad pœnam 50. lib: den: tempore syndicatus omnes lites, causas, et quæstiones per se tantum definire, et terminare infra 15. dies utiles a die contestationis numerando, in quibus 50. lib: tempore sui syndicatus si contrafecerit, seu negligens fuerit condamnetur; et ut prædicta celerius expediantur, et ne prætextu impedimenti Notariorum

107

Potestatis prolixiores recipiant questiones dicimus, quod omni casu, ubi jurati essent à 10. Testib, sdum quod Iudex possit de voluntate partium eligere unum Notarium de Civitate Bulgi., qui dd. Testium attestationes scribat, et si contingerit ipsorum Iudicem, vel alterum ipsorum ipsa caussa non destinire, quod nihilominus Potestas teneatur destinire intrà octo dies continuos ad penam 100. Lib: Den:, qui de suo salario de facto de prima solutione debeant retineri per Camera Cois Bulgi.

De Negantib. Paternitatem, Filiationem, Vel Matrimonium
Rubrica XXVII.

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis negaverit in aliqua caussa in Curia Cois Bulgi. Paternitatem, Filiationes, vel Matrimonium inter aliquos, vel mortem alicujus, et postea probatum fuerit legittime in 10. Lib: Den: Coi Bulgi. et in expensis legittimis factis per d. Adversarium debeat condemnari; et hoc Capitulum locum habeat inter Cives Bulgi., et si in respondendo positionib. in quacunque parte Iudicii dixerint, se non credere, solvant penam predictam.

De Iis, qui negaverint, aliquem fuisse, vel esse Publicum Notarium
Rubrica XXVIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod quique negaverit, aliquem esse, vel fuisse publicum Notarium in aliqua caussa coram aliquo

Offli manu cujusque Notarii appareret aliqd Instrumentum, seu induceret Scriptum per partem tempore, quo exercuerit Officium Notariatus, vel qd negaverit, aliquem fuisse Judicem, vel Massarium Coïs, qui officium aliqd exercuerit, vel introduxerit quatuor Instrumenta, vel tria, in quibs talis Judex suas interposuerit auctoritates, et Processus, seu pronunciationis facti, et facta per dd. Offles, et Judices introducerent pro probationibs legitimis habeant, et eadem probatio quatuor, vel trium Instrumentorum publicorum sufficiat ad probandum legittime, qd aliquis fuerit, et sit publicus Notarius, vel si aliquis privilegium alicujus Notarii, vel Judicis Ordinarii introduceret, in quo contineretur, qd ipsum Privilegium esset datum, vel concessum ab illis de Domo Advocatorum, vel de Linea, vel à Præfecto Urbis, vel à Comitibs districtus Cameræ, vel à Coï Sulgi., vel alia quaque Persona, et esse publica vox, et fama posse facere Notarios, et Judices Ordinarios, qd non possit opponi, qd prædi. qui fecerunt, vel concesserunt dda. Privilegia non potuerint dda. Privilegia concedere, sed talis introductio habeatur pro legittima probatione, et talis negator in 100. solidos den: Coï Sulgi. condemnetur, et Adversario in emendationem expensarum, quas in caussa fecerit occasione talis negationis, et hoc locum habeat in Civit. Sulgi., et ejus Districtu.

De executione Instrumentorum

Rubrica XXIX

Item volentes Malitiis, Calumniis, et Machynationibs quorundam

obviare, qui nituntur Sacrae Quarantigiae Statuti executionem variis ma-
litiis, et machinationibus protrahere, immò in totum auferre, praesenti Statuto,
et decreto firmamus, quod Notarii dictae Civitatis Fulg., et ejus districtus possint, et
35. debeant in Instrumentis, quae fecerint apponere praeceptum Quarantigiae
debitori, vel illi, qui aliquid promisisset, vel dare, vel facere aliquid nomine
quarantigiae, praecipiendo, quod ad certum terminum contentum in ipso In-
strumento faciat, et observet, quod in dicto Instrumento continetur. Item, quod Judex
Caussarum Civilium Com. Fulg. teneatur, et debeat Instrumenta, et abbrevia-
tiones ipsorum Notariorum, in quibus continetur ipsa quarantigia, et continentia
36. debita pura, et liquida, etsi non apparet liquidum ex Instrumento, seu Proto-
collo, facta prius liquidatione ad petitionem Creditoris incontinenti viso Instru-
mento, seu Protocollo, in quo continetur Quarantigia praedicta, scripto manu
37. cujusque Notarii de Civitate Fulg., vel aliunde in quoque loco facta execu-
38. tioni mandare in persona, et in rebus simul, et divisim, prout Creditor
39. voluerit in una pronunciatione contra debitorem nulla exceptione prius
40. audita, dummodo ante executionem ipsius Instrumenti debitor semel citetur cum
termino unius diei modo, et forma in Capitulo de Citatione contentis, salvo quod si
debitor, vel ille, à quo aliquid petetur prius deposita quantitate petita apud a-
liquem bonum, et sufficientem Mercatorem, et sufficiens intelligatur, ut Judici vi-
debitur, quod depositum facere debeat infra 20. dies computandos à die notifica-
tionis factae debitori personaliter, vel ad domum, praesentibus Vicinis de pronunciatio-
ne contra eum facta, et abinde in antea nullatenus audiatur, et de facto ad pe-
titionem Creditoris in bonis, et rebus, et in persona executioni mandetur, nisi vel-
41. let opponere unam de quatuor exceptionibus, scilicet: Falsitatis, Solutionis,
ad cujus etiam exceptionis probationem sufficiat confessio, vel quietatio de
42. solutione, vel satisfactione promissa, et nullitatis, vel praescriptionis temporis
20. Annorum. quod tempus, si ex Instrumento, quod petierit executioni mandari
apparuerit esse elapsum ad depositum faciendum, reus non cogatur, et super exceptio-
ne in caussa procedatur, et idem super exceptione, sistendatur publicum Instru-

quietationis, seu liberationis, qd audiat in exceptione predicta, non facto deposito, et qd liceat opponere, et qd opponenti detur terminus 10. dierum per Judicem, coram quo petitum fuerit ad opponendam, et probandam exceptionem oppositam absque alia contestatione, et si exci: piens n probaverit exceptiones oppositas solvat pro quatt exceptione opposi: ta, et non probata 100. Solidos Ven: Perusinorum, et si aliquis petierit a: liqd debitum sibi solutum, et probaret per illum a quo peteret de solu: tione d. debiti, vel de confessione, vel satisfactione condemnet petitor, si debitum fuerit usque in quantitate 25. lib: Ven:, et abinde supra qd pro: baverit solutum, vel satisfactum aliquo modorum predictorum in 25. lib: Ven:, ~~et nihilominus~~ Coi Fulg:, et abinde infra in 100. Solidos Ven; et nihilominus parti pena legali condemnet, et faciat Judex quantitate depositi illi restitui facere, a quo petitum fuerit debitum, et si n fuerit probata exceptio in 10. dies, Judex faciat depositum incontinenti dari petenti. Item, qd Judex tempore pronunciationis co: gat jurare Creditores ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro, si verum est, qd Creditor petit, et si Instrumentum, qd petierit executioni mandari est confectum in duplo, triplo, vel quatruplo, et in ea quan: tite, qua confectum fuerit presumat intentionem suam, n obstante pre: cepto Quarantigie supra, et Juramento, si in Instrumento contineatur, et predta omnia, et singula locum habeant in pnti, preterito, et futuro, et in processibus factis, et faciendis sdm formam Instrumentorum predi: ctorum, et ipsi Processus valeant, et teneant, et plenam obtineant roboris firmitatem, n obstante, qd predta Instrumenta essent per alium No: tarium ta de Civite Fulginie, vel districtu, vel aliquo Jure Canonico, vel Civili, vel aliquo Statuto, vel Capitulo ta Populi, qm Cois d. Civitis,

108v

et prædta. locum habeant in his, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, et in dando, vel faciendo, et qo. factorum non est par executio, et idem modus agendi pro factis declaramus, qd si rem dari, vel tradi est in obligatione, et debitor habet facultatem rei tradendæ, tunc debeat rei petitæ fieri sequestratio penes aliquem sufficientem hominem, prout Iudici videbitur, et facta da. sequestratione debeat debitori pnti, petenti, et volenti terminus opponendi unam de dds. exceptionibus sibi competentibus, ut sa., qm si non probaverit intra d. terminum 10. dierum, vel exceptionem non opposuerit, cogatur debitor præcise ad removendum, et sequestratio petenti rem petitam, vel ejus possessionem assignare, et nihilominus Iudex, coram quo actum fuerit, de facto teneatur, et debeat creditorem inducere, et induci facere in corporalem tenutam, et possessionem rei petitæ, et debitori mandare ad pœnam 25. lib: den: qm si contrafecerit incontinenti, et ipso facto incurrat, qd ipsum actorem in re ipsa ulterius non molestet, si vo. non haberet facultatem rei restituendæ depositum faciat in pecunia numerata secundum æstimationem rei petitæ, et valoris ipsius faciendam per duos Vicinos rei conventi, vel secundum æstimationem, quæ apparet in Catasto Cois Fulgi., seu libra, et si ultra, velles Creditor æstimare, qd possit æstimare, dummodo non æstimet ultra dimidium justi pretii, et ejus æstimationem teneatur debitor depositare facere, si vo. ultra æstimationem veram factam per dds. Convicinos æstimaverit, si contingat, debitorem habere facultatem rei petitæ, Iudex faciat solvi dictam veram æstimationem factam per dds. Convicinos assumptos, et de æstimatione facta ultra d. veram æstimationem per Iuramentum partis petentis faciat solvi ipsi petenti nomine interesse, qd vero probaverit esse suum interesse saltem per duos Testes, habita tunc temporis solutionis pretii non soluti compensatione, si vo. in obligatione, seu in Istris ~~transcriptis~~ continentibus Guarantigiam simpliciter aliquid fieri contineatur,

q.a in petitione, et condemnatione venit solus Interesse, et per ipsu Instrumentum totum interesse n probetur, et q.a aliquo contingit, unum, vel plures ex Conreis, seu Fidejussoribus habens instrumentum conservationis, indemnitatis, petit à principali debitore, se indemnes conservari, vel obligatione liberari, qd hae exceptiones, seu defensiones competant Reo, et ipsas opponere possit, quae v. competebant, et competunt, et opponere poterat, et potest contra principalem Creditorem, et omnes praesumptiones, probationes, jura, et statuta, quae locum habent, et opponi possunt contra principales Creditores vendicent sibi locum, et habeant contra Fidejussores, et Conreus petentes praedictae, jure aliquo n obstante, et renunciatione facta cujusque exceptionis à Principali, sive Instrumento, sive conservatione, sive aliud quodque factum ex vigore Instrumenti quarantigiati petatur, qd petens teneatur citatione facta porrigere aliquem factinarrationes, in qua exprimat suum interesse cum Juramento, et cum assertione duorum testium, de minus asserentium cum Juramento, se credere tantum esse Interesse, Judicis taxatione praecedente, et tunc demum possit fieri executio contra debitorem sedum formam s.a declaratam, audiatur tn volens facere depositum d. interesse declarati modo, quo s.a ad oppositione exceptionis scriptae sedum modum, et formam s.a traditam; si v. agatur, aut Actor suscipiat Judicium defensionis rei alienatae, et velit se defendere, et n suscipere defensiones, volendo opponere aliquid de dd. exceptionibus, et n audiatur, nisi faciat depositum totius valoris rei, et interesse probati, ut s.a; salvo qd si Creditor eligeret, seu eligere vellet in casibus praedictis, et aliis quibusque, ubi factum est in obligatione poenas in Instrumento contentas, cujus executio petatur, qd eo casu teneatur Creditor dare libellum reo, à quo petatur poena, et d.a caussa sit, et intelligatur esse libellaria, et praecepti quarantigiatum in poena in Istrumento

110v

cujus executio peteretur contenta locum non habeat; Teneantur autem, et debeant Notarii Civitatis Fulgi., et ejusdem Districtus in suis obligationibus, et ubi fieri, vel quid dari, traditum est in obligatione certam pœnam imponere in ipsis Instrumentis, et non per quotas, videlicet dupli, tripli, et similibus dicimus etiam, et ordinamus, quod illud Jus servetur Laicis contra Clericos in Curia Communis Fulgi., et coram suis Officialibus, quod servetur, et fit Clericis contra Laicos in Curia Episcopali; Vel quod nulla Persona possit pro aliquo debito mitti in Carcere Communis, si vult intra unam diem, postquam captus fuerit, sive detentus ad petitionem Creditoris dare idoneum fidejussorem de non discedendo de Palatio dicti Communis ad pœnas per Iudices imponendam, et interim per Bajulos custodiatur expensis ipsius Debitoris, seu detenti; Insuper dicimus, quod prædicta quarantigia non valeat, nec locum habeat inter Forenses, et Forenses quilibet in Contractibus inter eos celebratis, nec pro Forense contra Civem, seu Habitatorem Civitatis Fulgi., et quicumque cederet, seu cesserit Iura sua, quæ habuerit contra aliquam Personam, quod tempore celebrationis Cessionis talis Iura cedens jurare teneatur, et debeat ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro in ipsa Cessione, quod tantum quantum in ipsa cessione continetur, debeat recipere à suo Debitore verè, et si aliter fiat, Instrumentum Cessionis non valeat ipso Iure, nec ex eo aliquid peti possit, non obstante aliquo Statuto Populi, vel Communis, quod in contrarium loqueretur, et quod omnis exceptio, quæ competit contra cedentes Iura sua tam contra Personam, quam contra Instrumentum, et etiam exceptio excommunicationis, quæ competeret Reo contra Creditores possit opponi contra Cessionarium, et quemadmodum reus repelleret ab agendo cedentes propter suas excommunicationes repellat cessionarium excommunicatio solius cedentis, et prædictus Capitaneus Populi intra 15. dies à principio

sui Officii teneat, et debeat bannum facere, ut homines sciant. Item, qd supradictis Statutis de executione Instrumentorum, et aliud positum in pnti volumine ante, vel retro, in Instrumentis usurarum non vindicent sibi locum, et si quid in do. Volumine reperiretur, qd reperiretur in Instrumentis Usurariis ex nunc auctte pntis Capli sit cassum, irritum,
43. et inane, et nullius valoris, et quod exceptio usuraria possit opponi
44. executioni Instrumentorum, et Instrumenti guarantigiati, nullo etiam facto deposito, et ipsa exceptio possit opponi, et probari per quatuor testes singulares, qui probent per se, vel per alium solvisse Usuras executionem petenti, sive ei, cujus nomine executio peteretur, vel per quinque testes de publica voce, et fama, quae probatio, et quaelibet ipsarum habeatur pro plena, et sufficienti probatione facta d. Instrumentis guarantigiatis continens executioni mandari non possit, nisi in vera sorte, quae probaretur tempore celebrati Contractus per Creditorem per duos testes idoneos de Civitate Fulgi., vel Districtu, teneanturque, et debeant excomputare in solutione verae sortis totum, qd probet debitor, se solvisse per duos testes, vel per scripturam Libri Creditoris, qui liber debeat coram Judice Potestatis de facto, et incontinenti, et si Judex, qui de caussa cognoverit in faciendo d. Libro deferri negligens fuerit, condemnetur in 100. Lib. Den: per Capitaneum Populi Civitatis Fulgi., durante Officio d. Judicis infra 10. dies a die propositae querelae, et si quis supradictae executioni opposuerit, et illas infra 10. dies supradicto modo non probaverit, vel alteram ipsarum exceptionum in 10. Lib. Den: per Potestatem Coi Fulgi. debeat condemnari, qui 10. dies d. termini per Judicem, coram quo fuerit ipsa quaestio ventilata, debeant statui, et decerni. Item, qd nullus Notarius audeat, vel praesumat rogari de aliquo Instro

111v

usurario alicui, contra quem probaretur, ipso esse Usurarius modo prædicto per quatuor Testes, vel quinque, vel altero ipsorum pœna 100. lib: Ver:, et a processibus factis vigore Instrumentorum Guarantigias continentium non possit appellari, et prædicta vindicent sibi locum etiam in agendo.

// De Eodem //

// Rubrica XXX. //

Item, quia cordi Nobis est lites minuere, et subjectos a sumptibus, et expensis inanibus, et incommodis, quantum est possibile relevare, et quia conveniens est, ut unusquisque sibi debitum facile assequatur, ordinamus lege præsenti, quod Instrumenta publica, in quibus non continetur Guarantigia, seu continetur, seu locum habere non possit, executioni mandentur infrascripto modo, et forma, quod citetur Reus, vel Heres ejus, vel qui voluerit pro Herede respondere secundum modum, et forma contenta in capitulo de in Jus vocando, quod veniat ad respondendum de Jure petenti executionem talis Instrumenti, cujus executio petitur contra eum per se, vel Procuratorem legitimum. Interrogetur per Judicem Reus, vel ejus Procurator, facta prius legitimatione personarum, utrum debitum sit verum necne: et si confiteatur Reus, vel ejus procurator, terminus detur ad solvendum, dandum, vel faciendum 10. dierum; et si debitum fuerit in negatione deductum, detur neganti per Judicem Terminus 10. dierum ad opponendum, et probandum quidquid potest de Jure suo, et si fuerit reus interrogatus, et jussus in respondendo contumax, quod habeatur pro Confesso, quo termino elapso, si Reus, seu Debitor appositas legitimas exceptiones non probaverit, mandetur sibi per Judicem, quod intra alios 10. dies det, et solvat, seu faciat in Instrumento contenta, et per Creditorem petita ad pœnas 10. lib: Ver:, quibus elapsis diebus Judex teneatur, et debeat

executioni mandare dicta Instrumenta in personas, et res, et circa extimationem factam procedat, ut continetur in Capitulo de executione Instrumentorum quarantigiatorum etiam circa petitionem, et docenem, et si quis sentiat se gravatum, possit appellare ad Iudicem Capitanei, et procedat in omnibus secundum modum, et formam tradita in Capitulo de Appellationibus.

// De Feriis, et Diebus Feriatis //

// Rubrica XXXI. //

Item dicimus, et ordinamus, quod cum omnes dies sint Iuridici, quod Potestas, et Capitaneus, et Officiales singulis diebus a media tertia, qua pulsatur Campana pro Iure reddendo usque ad Tertiam, et post Nonas ab hora, qua dicta Campana pulsatur, usque ad Vesperas singulis diebus stent, et stare debeant ad Bancas, in quibus fuerint deputati ad Iura reddenda, et dictis horis singulis sui
executionis copiam faciant # Iur: petentibus: ad poenam 10. lib: Ven: pro quolibet, et qualibet vice qua contrafecerint, nisi necessitatis caussa excusaret eosdem, exceptis diebus, et Festivitatibus infrascriptis, qui sint, et esse debeant Feriati. Primo die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, cum duobus diebus precedentibus, et quatuor sequentibus; Die Epiphaniae Domini, cum uno die sequenti; Die Festivitatis Sancti Feliciani, Gloriosissimi Martyris, Capitis, Protectorisque Civitatis Fulginiae cum quatuor diebus precedentibus, et tribus diebus sequentibus; Die Ascensionis Domini; Die Penthecostes cum duobus diebus sequentibus; Omnibus diebus Dominicis, et omnibus diebus Veneris totius Anni; Omnibus diebus Festivitatis Beatae Mariae ~~Beatae Mariae~~ Virginis de Mense Februarij, Martii, Augusti, et Septembris; et die Festi Conceptionis ipsius; Omnibus diebus Festivitatis cujusque Apostoli, et Evangelistae; diebus Festivitatis Beati Michaelis Archangeli de Mensibus Maii, et Septembris; Die Festivitatis

[margin: # executionis copia; // Dies Feriati //]

112 v

omnium Sanctorum cum una die sequenti; omnibus Festivitatibus quatuor Doctorum Ecclesiæ; die Festivitatis Sancti Petri de Fulginio; Festis Festivitatis S. Luciæ, et S. Catharinæ Virginum; die Festivitatis Beati Ioannis Baptistæ; et die S. Laurentii Martyris, S. Nicolai Episcopi, et Confessoris, S. Viti; die Festivitatis S. Mariæ Iacobæ; die S. Mariæ Magdalenæ, et Sanctæ Margaritæ Virginis; die Nativitatis Beati Ioannis; et die Festivitatis Beati Francisci, et Beati Dominici; diebus Rogationum, Festivitatis Beati Ludovici, et S. Esculani; die Consecrationis Sancti Feliciani; die Festi Corporis Xpti cum uno sequenti; et omnibus aliis Festivitatibus, quas Rmus Epus cum suo Clero duxerit celebrari; et feriati sint singuli dies Iejuniorum post Nonas, in quibus diebus dd.i Officiales non tendeant sedere à manè usque ad Nonas, et dies, in quibus fiunt Concilia, in quibus fit proposita, et quod in ea parte diei, in quibus fit Concilium non reddant Ius, nisi à manè usque ad Nonas. Prò Messibus autem faciendis dies feriati sint quolibet Anno à die Festi S. Barnabæ de mense Iunii inclusivè, usque ad Kalendas Augusti inclusivè; et prò Vindemiis faciendis quolibet Anno sint feriæ à Festo S. Angeli Mensis Septembris in antea ad pdam Diem Mensis Novembris inclusivè, à quo Festo S. Angeli in anteà unicuique vindemiare per Comitatum Fulginii, et ubicunquè sine pœna, et Banno, prout sibi placuerit, liceat, et licitum sit; et in
45. singulis dilationibus datis ad probandum dies utiles intelligantur, et quod dies debeant scribi Iure per quolibet Notarium Potestatis, et Capitanei Civitatis Fulginii in uno ex libris actorum cujuslibet dd.i Notariorum Fulginii ad pœnam præstiti Iuramenti.

Quia attenta temporum qualitate Vindemiæ aliquando fiunt ante Festum

Sancti Angeli, aliquo post, ideo reformatum fuit, quod Feriae Vindemiarum sint per dies 45. inchoandos a die, in quo fuit data licentia vindemiandi.

// De Salariis solvendis in Caussis //

// Rubrica XXXII. //

Item quoniam cum sportulis soluti in caussis consonum sit rationis, praesenti statuto firmamus, quod in caussis libellariis solvantur ab actore tempore litis contestationis duo denarii pro libra quatrinorum, et si non fuerit solutum salarium ab Actore tempore litis contestationis pro quatrinorum libra pecuniae, vel aestimationis vel petitae, quod factum est, pro eo non valeat ipso iure, sed contra eum valeat; in aliis vero caussis teneatur actor simili modo solvere quandoque ante pronunciationem, sive Mandatum de solvendo, alias quod factum est, pro eo non valeat ipso iure, sed contra eum valeat, sufficiat tamen salarium esse semel in caussa, sive lite solutum etiam, si de novo eadem res petatur, et si non solveret salarium duorum denariorum pro quatrinorum libra, et vellet reiterare processum, quod non audiatur de eadem re, nisi prius legittimis expensis refecerit, salvo quod si aliquis tamquam tertius peteret revocari tenutas per libellum, vel sine, quod non teneatur solvere salarium, et de omnibus caussis, de quibus in statuto cavetur, quod salarium soluti non debeat ipsis salarium non solvatur, etiam in caussis alimentorum.

// De Summariis, et extraordinariis Cognitionibus //

// Rubrica XXXIII. //

46. Item quoniam saepe contingunt caussae, in quibus summarie, et extraordinarie procedi debet, ut plurimum magis, quam decet protelentur.

113v

Volentes ipsarum protelationi obviare, et protelantium malitiis occurrere, p[rese]nti lege statuimus, q[uo]d in caussis predictis procedatur sine libelli porrectione cum aliquali facti narratione exhybita, super qua procedatur summarie sine strepitu, et figura Iudicii, prestito tamen à partibus calumnie Iuramento, et Iudex, coram quo predictæ caussæ agitantur, teneatur, et debeant ipsius caussas finire, et terminare infra 10. dies continuos, aliquibus feriis non obstantibus vinculo Iuramenti, et pœna 25. Lib: Den:, in quibus tempore Syndicatus debeat condemnari, et si aliquis Debitus petiverit revocari, et exhamitti aliquam tenutam datam in bonis debitoris, et ipse Debitus voluerit facere depositum quantitatis predictæ, vel æstimationem rei in tenutam datæ, cuius rei revocationem petit, Iudex teneatur, et debeat incontinenti facto deposito apud idoneam personam, prout Iudici videbitur, nulla prius facta probatione Debitori petenti tenutam restitui, quo facto, vel si depositum facere nollet, audiatur, et admittatur ad probationem Iuris sui, et si probaverit de possessione sua per unum idoneum testem revocetur tenuta, et depositum restitui faciat eo casu, quo factum esset, nisi actor æque bene, vel melius de possessione sui debitoris probaverit, et ab ipsa exhamissione, seu depositi restitutione non possit appellari, et si quis appellaret in prosecutione appellationis nullatenus audiatur, et contra ipsum processum non possit de nullitate opponi, et si Iudex pronunciaverit tenutam datam revocandam, vel non revocandam esse depositum restituendum, vel non restituendum esse ab ipsa pronuncia nulli liceat appellare; nec de nullitate dicere, sed pars, quæ sentiret, et diceret se gravatam, possit petere eadem die, vel sequenti; qua pronunciatio facta esset consilium sapientis secundum formam Ordinamentorum de consiliis dandis, et secundum formam ordinamentorum procedi debeat; et interim nullam possit Iudex facere novitatem.

// De Copia exhybenda Actorum, et Processus faciendi //
// Parti Litiganti cum aliquo ex quaque caussa //
// Rubrica XXXIV. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis habuerit quaestionem cum aliquo ex quaque caussa, et petierit, seu peti fecerit copiam quorumque actorum a quoque suo adversario cujusque conditionis existat, quod dictus talis, a quo dicta Copia petitur, teneatur, et debeat ipsi tali petenti dare illam copiam ipsorum actorum, vel partis ipsorum, ut petierit expensis dicti petentis, et Potestas, seu Capitaneus, et eorum Officiales, coram quibus fuit postulata, teneantur, et debeant cogere de facto talem habentem dicta acta, contra quem fuerit petita dicta Copia exhybere copiam dictorum Actorum dicto tali petenti sub poena 25. Lib: Den: pro quolibet dictorum, et praedicta locationem habeant, et sibi vindicent, quod ipsa acta in quacumque Curia Fulg: non inveniantur, et eis non obsint, nec obstare possint feriae* aliquae imposit., vel in posterum imponendae ex quaque caussa, et hoc locum habeat in praesenti, praeterito, et futuro.

// De Officio Judicis Domini Capitanei //
// Rubrica XXXV. //

Item, quia praemissis actibus rerum turbant Officia, et ex cognitione caussarum civilium Fulg., quam reperimus Milites Potestatis ejusdem Civitatis fecisse temporibus retroactis Camerarius Curiae Fulg. offensiones, et damna non modica recepisse, quia dum intendunt circa executiones dormiunt circa Arma, et alia ad ipsum Officium spectantia retardant, ideo statuimus, et ordinamus, quod

47. Milites Potestatis Civitatis Fulg. praesens, et qui pro tempore fuerit non possit, nec debeat se aliqualiter intromittere, nec cognoscere de aliqua quaestione Civili cujusque rei quantitatis, summae, et si se in aliquo intromiserit, non valeat ipso Iure, nec possit executioni mandari, et quod nullus Notarius audeat, vel praesumat poena 25. Lib: Den: solvendae vice qualibet

aliqua acta, quæ fierent in Civilib. coram eo, vel ejus Mto, et ei-
dem Scripturæ, si quæ fieret nulla fides adhybeatur, qm pæna 25 lib:
Den: solvens Iudex Maleficiorum d.æ Civitis teneatur de facto exigere,
ostensa d.a Scriptura per quemque revocantes omnem Iurisdictionem
Militi Potestatis ex forma cujusque Statuti attribut.; et nihilominus
idem Miles prædicta pæna perjurii, qm incurrat in 25. lib: Den: vice
qualibet puniatur, et qd Iudex Capitandi d.æ Civitatis possit, et debeat co-
gnoscere, et deffinire de quæstionib., et caussis usque in quantitatem 40.
solidorum sine libello, et litis contestatione, et sine strepitu, et figura Iudicii,
et quotidie, et tempore etiam feriatis, et ab ipsis sententiis, seu mandatis fa-
ctis in dd. caussis nulli liceat appellare, seu de nullitate quærere, et qd nul-
lus alius Officialis Com. Bulg. possit, et debeat de dd. caussis usque indictam
quantitatem cognoscere, et si cognoverint, qd fecerint, non valeat ipso Iure, et
ad probationem sufficiat dictum unius testis cum Iuramento partis, tam
de debito, qm de solutione ipsius debiti, dummodo non possit aliquis 40. so-
lidos abinde petere contra eundem debitorem ex eadem caussa, et cum eodem
teste, sed cum alio sic dummodo tempore primæ petitionis juvent petens,
et testes, qd ex ea caussa non debet recipere aliqm aliam quantitatem
40. solid: vel infra, et qd assignet omne debitum, ad qd teneretur sibi
conventus usque in illam diem, et debita assignata postmodum, et aliter
non audiatur.

De Appellationib., et Petitione Consilii
Rubrica XXXVI.

Item, qa omnem circuitum, et materiam litium auferre litigantib.
totaliter cupientes, qa quondam crescente malitia, qd provisum erat
ad bonum ut plurimum tendebat ad noxam, qm propter appellatio-
nes, quæ super unoquoque Articulo quisque poterat interponere,

caussæ cum circuitu procedebant, et in infinitum finem immortalem
habebant. Volentes prædictis omni modo, quo possumus obviare præsenti
salutari ordinamento statuimus, ut ante definitivæ sententiæ tempus pro=
nunciationis, seu mandati, quod totius negotii definitivi induceret, nul=
li litigantium liceat appellare, cum satis sit provisum unicuique appel=
lare, si in aliquo crediderit se gravatum, quod possit petere consilium
sapientis sed in forma inferius descripta, à sententia vero definitiva pro=
nunciata, sive mandato, quod, vel quæ totius negotii definitionem in=
duceret, liceat unicuique appellare, et recurrere, et pro sapienti
eligere Dominum Capitaneum Populi Civitatis Bulg., seu Iudicem ejus, dum=
modo appellat, recurrat, et pro sapiente eligat intra 10. dies à die
latæ sententiæ, pronunciationis, sive mandati, quod induceret totius negotii de=
finitionem, tam super iniquitate aliqualiter excipere, quam super nullitate,
et si solum vellet dicere ipsam nullam, quod si prætermiserit intra dictum tem=
pus, non possit ulterius de iniquitate, seu de nullitate ipsius agi, nec ali=
qualiter excipi, et ejus prætextu ipsius sententiæ executio infringi non
possit, nec modo aliquo impediri, et quod Capitaneus, sive ejus Iudex
teneatur caussas appellationum prædictas definire intra 15. dies uti=
les computandos à die interpositæ appellationis, aliquo non obstante, nisi de
partium voluntate fuerit terminus prorogatus, quibus elapsis, rata maneat
sententia, et executioni mandetur, non obstante appellatione prædicta; ita
tamen, quod Capitaneus, vel ejus Iudex non possit partes, vel aliquam ipsa=
rum adstringere ad prorogandum dictum tempus expresse, vel tacite, di=
recte, vel indirecte, sive sub quoquo quæsito colore, et dictam caussam in=
F. tra dictos 10. dies Iudex Capitanei, vel ipse Capitaneus teneatur, et

debeat per se tantum definire, et terminare, et, si contingat, Sen=
48. tentias confirmari, et pronunciari bene sententiatum, et male ap=
pellatum, et bene pronunciatum, sive mandatum qualitercunque, et
sub quaque forma Verborum, quod a dicta Sententia non possit appellari,
nec contra eam opponi, vel agi de nullitate, sed executioni mandetur
a quoque Iudice Potestatis, vel Capitanei, sive a quo ipsius executio
peteretur, omni exceptione, et appellatione rejecta, si vero prima Sen=
tentia infirmatur in totum, vel in parte liceat ei, contra quem ipsa
Sententia lata esset appellare infra quintum diem a die latæ Sententiæ
numerandum ad unum ex Iudicibus Civitatis Bulgi, qui dari, et de=
putari debeat per ipsum Capitaneum, vel ejus Iudicem neutri parti
suspectum infra 3tia diem a die interpositæ appellationis ad pœnas 100.
Lib: Ven: Com. Bulgi applicandam, quam pœnam ipso facto incurrat, et inter=
esse parti probandum, et modo, quo supra in tempore Syndicatus ipsius, et
si Consultor non inveniretur in prædictis, quod dictus Capitaneus teneatur com=
mittere Collegio Iudicum Civitatis Bulgi, in quo Advocati Partium inter=
esse non possint, qui Iudex, si ipsas commissiones acceptaverit, teneatur,
et debeat ipsas caussas definire infra 15. dies continuos, computan=
dos a die deputationis ipsius, et ex eisdem actis, vel elapsis ipsis 15. die=
bus rata maneat Iudicis Sententia Capitanei, vel ejus Iudicis, et præ=
dicta possint facere, et procedere summarie de plano, sine strepitu,
et figura judicii, omni Sollemnitate, et subtilitate Iudiciorum tota=
liter prætermissa, aliquibus feriis, et diebus feriatis non obstantibus procedere
possit ad definitionem ipsius, et quod definitum, et pronunciatum fuerit,
valeat, et teneat, et plenissimam obtineat roboris firmitatem, ad quod
nullitate, et iniquitate queri non possit, sed ipsa Sententia executioni

inviolabilit mandet à quoque Judice Capitanei, vel Potestatis d.e Civitatis, à quo ipsius sentiæ executio peteret, omni exceptione, et appellatione remotis, et si d.s Judex d. commissionem acceptaverit, et d. quæstionem intra d. tempus non definiverit in 25. Lib: Den: pœna incurrat ipso facto, et interim parti, quam, et quod de facto Judex Capitanei ei teneat, et debeat auferre, et ad manus Camerarii faciat pervenire, et interesse ad partem; et insuper Judex Maleficiorum Potestatis, et Capitanei, et quilibet ipsorum in virtute præstiti Juramenti teneat, et debeat ad simplicem requisitionem cujusque petentis d. Judices cogere realit, et personalit ad definitionem faciendam, et sentiam ferendam super caussa sibi commissa infra d. tempus 25. dierum, et de Interesse, et damno stetur Juramento illius, qui appellaverit à sentia Capitanei, seu ejus Judicis sine aliqua probatione; per prædicta autem nolumus in aliquo derogare Capto Populi, quod loquitur de Quarantigiis sub Rubrica, vel Titulo de executione Instrumentorum.

De eodem
Rubrica XXXVII.

Item, quod ea, quæ recte geruntur, consilio, soliditate, et firmitate nituntur, sitque superiori Capto cautum, ut nulli liceat ante definitivæ sentiæ tempus mandati, seu pronunciationis, seu definitionis, quod ipsius negotii definitionem sententiæ imponeret, appellare volent à pronunciatione, seu definitione, vel gravaminibus, in quibus caussis, quod definitivas sentias perferunt, sive inferunt asserentibus, se gravatos via exgravationis tribuere ordinamus, et dicimus, quod si aliquis dixerit,

116v

se gravatus à quoque Iudice, vel ab aliquo præcepto, mandato, interlocutione, pronunciatione, seù actu quoque antè definitivam sententias quoque in caussa quaque possit, et sibi liceat suis expensis petere Consilium Sapientis d. illati gravaminis, vel sequestri, qd Iudex teneatur pœna præstiti Iuramenti, et 25. lib: Ven: de Salario Potestatis, seù Capitanei per Camerarium Cõis Iulg. retinen. dare pro Sapientibus unum de Iudicibus Civitatis Iulg., nemini partium suspectum, qui intra unum diem à die petitionis mandare parti, ut intra d. diem deponat competens salarium pro Consultore assumendo, apud quem Iudex mandaverit, qd si n. fecerit, ejus petitione n. obstante; Iudex teneatur, et debeat in caussa procedere, qui Iudex, et Consultor assumptus, seù Sapiens, cui ipsa quæstio commissa fuerit per Iudicem committentem, teneatur, et debeat eas sibi consulendam commissam assumere, et acceptare, et suum Consilium dare intra quintam diem à die commissionis sibi factæ, et si is, cui committeretur, nollet ipsam caussam, seù punctum ad consulendum assumere, et acceptare, qd per Iudicem, coram quo ipsa caussa verteretur, cogatur de facto ad assumendum punctum sibi consulendum commissum, et super eo suum reddendum Consilium intra tempus prædictum computandum à die commissionis sibi factæ, et acceptationis ipsius, nisi dictus Sapiens eligendus, et assumendus haberet justam caussam n. assumendi, et caussa excusationis intelligatur, si consuluisset aliquem Procuratorem, vel si esset infirmus, dummodò juret ipsas caussas, vel earum alteram esse veras, et si Iudex, vel Consultor assumptus renunciaverit intra dd. dies dictis de caussis, vel alteram ipsarum committat alteri modo, et forma prædictis, aliter quod gestum fuerit, per Iudicem caussæ remaneat firmum, non obstante petitione

Sapientis prædicti, cui Consilio, si datum fuerit contra præsentes stetur, nec possit peti per eum ulterius revideri, et si pro eo Pars, contra quam datum fuerit, possit ipsum Consilium petere, et emendare, et Iudex teneatur simili modo, ut supra Consultorem dare; cui Consilio stetur, si redditum fuerit intra 10. dies, aliter stetur Consilio jam reddito, et procedatur secundum formam ipsius, non obstante, quod petitum fuerit revideri, et interim Iudex non possit in aliquo procedere, et si processerit, præsentis ordinamenti, et Statuti potestate non valeat ipso Iure, salvo quod a pronunciatione, quæ fieret super legittimatione personarum non possit dicere aliquis se gravatum, nec Consilium Sapientis petere, sed Iudicis pronunciatio præsentis Statuti potestate sit firma, et pro legittima, et vera habeatur, et de ipsa non possit ulterius disputari, nec aliqualiter conqueri, et quod factum est cum eo, habeat roboris firmitatem, ac si factum esset cum legittima Persona, et petens Consilium suis expensis teneatur, et debeat deponere Salarium, et dare Iudices suspectos dicta die, vel sequenti, qua petierit Consilium, et habeatur pro Iusto Salario, quod Iudex caussæ taxaverit, et taxatum mandaverit deponi; de quo mandato nulla partium possit dicere se gravatum, quod si non fecerit petens Consilium in petitione Consilii super ipso gravamine non debeat audiri, et in omnibus prædictis suspectorum numerum possit, et debeat Iudex caussæ restringere.

// Quomodo, et qualiter debeat deferri Sacramentum // Parti, debito in negatione deducto, et de Probationibus beneficio reservandis //

// Rubrica XXXVIII. //

Item, ut Caussæ, et Quæstiones cum celeritate procedant, et finem

117

habeant celeres, statuimus, et ordinamus, quod cujusque summae, et quantitatis, et de re quaque quaestio fuerit coram quoque Judice, et Offitii Consulum Vulg.ⁱ, et Actor ipsam caussam, seu quaestionem decidere voluerit Sacramento deferendo Reo, contra quem peterent, et stare voluerit de petitis per eum Sacramento ipsius rei, quod Reus teneatur jurare, vel Jusjurandum referri ipsi Actori, dato termino duorum dierum ad deliberandum super tali petitione, elapso vero dicto termino cogatur Reus ad jurandum, vel referendum super dicta petitione, nulla exceptione prius audita, cum manifestum sit turpitudinis nolle jurare, neque Jusjurandum referre, et si Reus Sacramento subjicitur, et cum Juramento dixerit, se non debere dare, aut facere id, quod dicto Juramento defertur, et ab eo petitur, et Actor dixerit, se posse probare id, quod reus negaverit, statuatur sibi terminus per Judicem quinque dierum, infra quos si probaverit legittime, Reum debere id, quod Juramento negaverit, condamnetur reus in eo, quod negavit, et in expensis omnibus ipsi Actori, et nihilominus pro Perjurio 20. Lib: Denar: Judex, coram quo quaestio fuerit, de facto ab eo auferat, et ad manus Camerarii de facto sine aliquo processu faciat devenire, et idem servetur, si Reus retulerit Actori, et Actor Juraverit, Reum debere, et Reus dixerit, se posse probare deliberationem, vel absolutionem Rei, seu quantitatis petitae, quod statuatur sibi dilatio, et procedatur, et pro perjurio puniatur, secundum quod superius est expressum, et si reus recusaverit jurare, vel Jusjurandum referre, statuatur sibi terminus per Judicem ad jurandum, vel jusjurandum referendum, et si intra dictum terminum non juraverit, vel non retulerit, ex tunc habeatur pro Confesso, et Convicto, et in quantitate, seu re petita reus actori per Judicem debeat condemnari, et praedicta vindicent sibi

locum, tam ante litis contestationem, quam postea, quodque ante decursam dilationem datam ad probandum, postea vero deferre, vel referre non teneatur, et solum ubi de facto, et obligatione ipsius rei quaereretur, ubi vero de facto, seu obligatione alterius, quam rei quaereretur, ut sibi deferretur, etiam si dictus haeres, vel Successor esset illius, de cujus facto quaereretur, procedatur secundum ordinem Juris, et quod in omnibus caussis, et quaestionibus, quibus Sacramentum deferretur ab Actore, vel referretur à Reo, semper cum deferenti, vel referenti probationis beneficium reservetur, ante quam deferatur, vel referatur, et ubi non reservatur Jurans sit absolutus, et liberatus de eo, quod ab eo peteretur, et ulterius quaeri non possit, et teneatur Judex per sententiam interlocutoriam, vel definitivam absolvere.

De Arbitris recipiendis et Modo Servando per eos
Rubrica XXXIX.

49. Item cupientes inter Conjunctos omnem Schandali, et litium materiam # amputare, hac lege perpetuo valitura sancimus, quod # et malitiam
50. quoties evenerit aliquam litem inter conjunctos usque in tertium gradum
51. tam Consanguinitatis, vel Affinitatis, et intelligatur durare affinitas,
52. etiam si mortua fuerit Uxor, vel Maritus, per quam, vel per quem dicta
53. affinitas contracta fuerit, etiam inter Virum, et Uxorem, et
54. aliquis ipsorum litigantium petierit ante finitum terminum
55. datum ad probandum ipsis partibus, quod compromittatur dicta Caussa
56. ad petitionem petentis, Potestas, seu ejus Officialis teneatur, et debeat cogere ipsos Collitigantes ad eligendum aliquos amicos communes,

57. unus, vel plures, prout concordaverint partes, et compromittant
58. in ipsos de Jure, et de Facto, qui Arbitri unus, vel plures ele=
59. cti teneantur, et debeant ipsam caussam, seu caussas eis com=
60. missas definire intra unum mensem computandum à die re=
cepti compromissi; et qd ipsi electi ab eis debeant cogi per
Potestatem, vel ejus Officiales, ut sumant Compromissum, et in
eum, vel in eos factum, et Laudum ferendum intr ipsos convin=
ctos per Arbitrum, seu Arbitros ab eis electos valeat, nec liceat
61. contradici, sed ipsum Laudum, et arbitrium qualecunque latum,
seu definitum debeat Judex, coram quo fuerit petitum executioni man=
62. dare, nulla exceptione Juris, vel facti audita, nec contradictione re=
63. cepta, sed praedicta n vindicent sibi locum, ubi peteretur executio
Instrumenti Guarantigiati sententiae latae, Laudi, seu Arbitramenti, et quia Socie=
tas vinculum Fraternitatis noscitur obtinere, dicimus idem servandu
fore intr Socios, si esset quaestio intr eos praetextu Mercantiae, in qua fue=
rint, seu sint Socii. Item dicimus, qd in Potestates Forenses, vel in
aliquem, seu aliquos Officiales Civitatis Bulgi n possit, nec debeat ali=
quo modo directe, vel indirecte compromitti talem in Offtes, vel Priva=
tas Personas, et si compromissum fuerit per eum, seu eos contra for=
mam pntis Capli nulla habeat roboris firmitatem; Si vo. fuerit aliquid
per aliquem dictorum Potestatis, seu ejus Officialium, arbitratum, sen=
tentiatum, judicatum, declaratum, et pacificatum, n valeat ipso
Jure, et si aliquid solutum fuerit vigore praedictorum possit solvens per=
petuo repetere. Ite dicimus, qd si Potestas, vel ejus Offtes electi fue=
rint ipsi, vel alter ipsorum nominatus per aliquos Cives, vel Comitatem=
ses nostros Arbiter, seu Arbitrator Amicus cois, seu Compositor Amicabi=
lis, aut quoque nomine censeatur, et acceptaverit, seu quoquo modo cognoverit,

puniatr, et condamnetr tempore Syndicatus Coi Fulgi. in 100. Libras Denar:, et Offlis contra prædicta faciens in 50. Lib: Den:, et Eligens, seu nominatus quoquo modo puniatr, et condamnetr summariè, et de facto in 25. Lib: Den: Coi Fulgi., et qd Sententia non valeat ipso Iure, ut suprà dictum est; Et hoc Caplum intelligatr in quatr parte, quandocunque petatr compromissio ante litem contestatam, et post usque ad dilationem datam ad probandr, qd per totum inviolabiliter præcipimus observari, et legi semel in Mense in Concilio Generali, videlicet; ubi tangit de materia proximè dicta, et qd idem etiam observetr in Mercatoribr de Civit. Fulgi. quoquo modo contendentibr occasione alicujus Mercantiæ, ad quod Forensis non teneatr, si noluerit.

De Eodem
Rubrica XL.

Item dicimus, et ordinamus, qd si contingat aliquas partes compromittere in aliquos, seu aliquem de Iure tantum, sive de Iure, et de facto; si in Compromisso contineatr, qd non possit contradici, seu peti reduci ad arbitrium boni Viri, et juratum fuerit à partibr, si in Compromisso contineatr, qd possit laudare altè, et bassè, æquè, et iniquè, modicè, vel immodicè, et fuerit laudatum, qd debeat stari do. Laudo, nec possit ab aliqua partium contradici, nec possit peti ipsum Laudum reduci ad arbitrium boni Viri, sed possit, et debeat d. Laudum, et Arbitrium exoni mandari, nulla exceptione audita; si vo. prædo. Verba aliqua ne ipsorum non fuerint adjecta in do. Compromisso, qd Pars, quæ dixerit se gravatam, et lesam contradicere

113v

possit intrà quinque dies, et infrà mensem debeat ipsam caussam Contradictionis prosequi, et finire, alioquin à d.o mense in antea sine fuerit contradictum compromissum, et laudum indè latum firmum permaneat, et possit, et debeat executioni mandari, omni exceptione, et contradictione remotis, et nihilominus Judex possit, et debeat partes contradicentes in expensis factis in caussa ipsius Contradictionis, si contingat, Contradicentes succumbere, vel non esset prosecuta infrà d.m tempus conditio, et petitio reductionis ad arbitrium boni Viri condemnare, et ipsas expensas facere refici de facto infrà octo dies, omni exceptione, et appellatione remotis; et prædicta omnia locum habeant in Compromissis, et Laudis in posterum faciendis, in præteritis vero pendentibus, et non pendentibus currat tempus unius Mensis à die factæ confirmationis præsentis ad prosequendum, et definiendum modo, quo suprà, alias sit firmum Laudum, et Arbitrium, tam inter Convinctos, quam inter extraneos, et executioni mandetur, nulla contradictione, seu appellatione obstante; et si contradicens obtinuerit illud, quod meruit arbitrium habere possit recursum, et appellare ad Judicem Capitanei, qui Judex teneatur, et debeat summariè, et sine strepitu, et figura Judicii inter 25 dies à die interpositionis appellationis ex eisdem actis cognoscere, et definire ipsam Caussam, et ejus Sententiæ, et definitioni stetur, appellatione aliqua non obstante; elapsis vero 25 diebus, si dictus Judex non pronunciaverit, rata maneat Sententia, si d.s Judex dictas caussas non definierit intrà d.m tempus requisitum, quod teneatur, et debeat resarcire appellanti omnia damna, et interesse, de quibus stetur Juramento ipsius, qui appellaverit, et tempore Syndicatus de prædictis tenaciter Syndicetur, et in unoquoque Casuum prædictorum teneantur Arbitri, seu

Arbitratores ipsas Caussas definire intra 30. dies, et nihilominus Potestas, et Capitaneus, et quilibet alius Iudex, qui de hoc fuerit requisitus, teneatur, et debeat cogere ipsos Arbitros, et Arbitratores definire caussam sibi, vel eis commissam intra dictos 30. dies à die repositionis ipsius Arbitri, et nihilominus per Iudices Potestatis parti petenti in 10. lib: Ven: quilibet ipsorum debeat condemnari, nisi de partium voluntate fuerit terminus prorogatus, vel per ipsas partes steterit, quominus intra d. terminum potuerit terminari; Insuper etiam dicimus, quod Iudex Dni Potestatis, vel Capitanei, et etiam quilibet, coram quo peteretur ad petitionem cujusque petentis teneantur, et debeant, quodoque Arbitri essent in discordia ipsos Arbitros, et partes coram se facere vocare, et, eis vocatis, si invenerit ipsos in discordia terminandi caussam compromissam in eos, quod cogat partes ad eligendum 3tium, et in ipsum 3tium, qui sit neutri partium suspectus, ponant, et committant ipsas caussas terminandas una cum dictis Arbitris, vel altero ipsorum, et perinde habeatur, ac si per ipsas partes fuisset in eum à principio compromissum, et si aliqua partium recusaret, seu nollet eligere 3tium, quod Iudex, coram quo peteretur ipsum 3tium neutri partium suspectum eligat per se ipsum, et si aliqua partium esset contumax, seu nollet comparere ad eligendum d. 3tium, quod factis de eis duabus legittimis Citationibus ex parte d. Iudicis eo ipso etiam Iudex possit, et debeat eligere, et ponere d. 3tium, qui 3tius caussam sibi commissam cognoscere debeat bona fide una cum dictis Arbitris, vel altero eorum, et ipsam finire,

120v

et terminare intra tempus predictum, nisi terminus ipse pro=
rogaretur de partium voluntate, et ejusd. Stri, una cum dictis Ar=
bitris, vel alterius eorum laudo, et sententiae stetur, ac si prolatum,
et datum esset per Arbitros ambos ipsos, et si contingeret, quod
Arbitri, in quibus compromissum esset, et Stius praedictus casu
quo electus esset coactus in Palatio Comis Bulg. ad petitionem
alicujus partis compromittentis, quod inde non possit recedere modo
aliquo, nisi primo tulerint eorum Arbitrium, et si recederent,
inde puniatur quilibet ipsorum Arbitrorum in 50. libras den:; et
quod nec Potestas, nec Capitaneus, nec aliquis alius Officialis Comis Bul=
g. possit eis, vel alteri ipsorum dare licentiam recedendi de
loco, in quo essent detrusi ad poenas praestiti Iuramenti, et
100. librarum denariorum de suo salario: et si contigerit eo
casu, cum pariter detinerentur in Palatio Arbitri supradicti, ut
ferant Arbitrium, quod spiraret compromissum lapsu 30. die=
rum, vel post ipsos 30. dies sententiaretur, vel ferretur ipsum
laudum, vel Arbitramentum per ipsos Arbitros, ad quod ferendum
cogantur, et post ipsos 30. dies solum cum essent coacti intra
tempus compromissi, quod nihilominus ipsum laudum, sententia,
Mandatum, seu Arbitramentum, quod, et quae ferrentur per
ipsos omnes tres, vel majorem partem ipsorum non vitientur ex
hoc, sed potius valeant, et teneant, ac si lata, et data es=
sent intra 30. dies computandos a die receptionis facti
compromissi, et hoc locum habeat in Compromissis im=
posterum faciendis.

De Usuris, et mutuantibus ad Usuram
Rubrica XLI.

Item ad obviandum voracitati, et cupiditati Usurariorum, qui obliti sunt facere misericordias, et persecuntur homines pauperes, et mendicos, et ulterius compunctos corde carceribus faciunt macerari, presenti Statuto, et Ordinamento firmamus ad convincendos ipsos Usurarios de Usuris, et Usuraria pravitate, et eorum Instrumenta, et cautiones, quas semper in fraudes usurarum, et in majori quantitate, quam fuerit vera sors facere consueverunt, propter quod facultates Fulginatum in brevi exhauriunt. Statuimus, et ordinamus, quod habeantur, et intelligantur Usurarii omnes et singuli Judei, eo ipso, quo sunt Judei sine aliqua probatione, et ipsorum Instrumenta, et cautiones omnia, et singula intelligantur, et habeantur fæneratitia, et fæneratitie confecta in quadruplo, quam fuerit vera sors, nisi Judeus probaverit per testes legitimos de majori sorte, ita quod 4ta pars intelligatur tantum vera sors ejus, quod continetur in Instrumento, seu cautione, et si Christianus velit probare, quod fuerit confectum Instrumentum, seu cautio ultra quadruplum, quod admittatur ad probandum, et in id tantum debeat fieri executio, quantum fuerit vera sors, et non in duplum; et quia reperiuntur quamplurimi Christiani in Civitate Fulginei, et ejus districtu in ipsorum animarum periculum, et dedecus Fulginii, et Comitatus prefati. eorum famam non parentes usuras tam Divina lege prohibente inhumanum damnum exercentes; Volentes animarum periculis obviare, et ne Divine Majestatis incurrant offensam ad evitandam ipsam ultionem Divinam, prohibemus omnino, quod nullus Christianus audeat per se, vel per alium exercere usuraria pravitatem in Civitate Fulginei, et ejus districtu,

et si inventus fuerit aliquis excedere, qd absit, eorum Instrumenta, et cautiones nequaquam execuni mandentur, nisi in vera sorte, et ad probandum aliquem esse Usurarium, sufficiat unicus Testis deponens cum duobus Testibus de publica voce, et fama, qui dicant, se solvisse usuras, vel alios audivisse solvere, etiamsi fuerint singulares, habitaque probatione prædicta, vel aliqua prædictarum eorum Instrumenta, et cautiones præsumantur esse confecta in quadruplo, ultra quam fuerit vera sors in se probaret legittime per Testes cum effectu de majori sorte, salvo qd, si Creditor vellet probare qd Instrumentum confectum fuisset de majori quantitate, qd admittatur ad probandum, et in id tantum debeat fieri executio, quantum fuerit vera sortem, et non plus, et per prædicta non intendimus derogare Statuto Pupilli in quantum loquitur de Usuris, et contra Instrumenta Usurariorum, et ipsos Usurarios, et idem volumus observari in Mulieribus Usurariorum pravitatem exercentibus.

De Alimentis Præstandis,

Rubrica XLII.

Item dicimus, et ordinamus, qd si contingat, aliquam Mulierem seorsum à Viro manere, suspicantem de Viro suo offendi culpa ipsius Viri, Potestas, vel Capitaneus Populi Civitatis Fulg.i, vel eorum Judices teneantur, et debeant vinculo Iuramenti, omni occasione, et exceptione remotis constringere Virum ipsius Mulieris, qd

24. ipse suæ uxori præstare debeat alimenta opportuna, secundum quantitatem Dotis, et facultatis ipsius mariti, ita tamen, qd dicti Officiales,

65. et quilibet ipsorum teneat, et debeat ipsa alimenta ipsi Mulie=
ri decernere, et dari facere pro alimentis die quolibet octo dena=
rios pro quolibet Centenario dotis suae usque in 200. libras den: et
abinde supra pro quolibet Centenario pluris sex den:, vel alteri
pro ea legitimae personae, et tamdiu d.a alimenta praestent, quamdiu
steterit Maritus dictae talis Mulieris, quod ea non reduxerit cum
affectu, et securitatem praestiterit, quod ea non offendet, ultra de=
66. beat, et a Iure praemittatur; si v. uxor non habuerit, seu non
habuerit dotem, secundum facultates Viri, sicut Iudici videbitur alimen=
ta decernant, et decreta praestent. qui Potestas, et ceteri Officiales
per se dividant, et decernant alimenta praedicta intra 10. dies
post quam coram eis, vel altero ipsorum exponatur, et querela facta
fuerit per ipsam Mulierem, vel Conjunctam Personam pro ea,
vel ejus Nomine, et a tali Decreto, et definitione non possit, nec
67. debeat appellari: et idem dicimus de Viduis, et si praedicti Potestas,
et Capitaneus, et eorum Iudices, et Officiales in praedictis fuerint negligentes, et
non duxerint ad effectum in 25. lib: den: Cor: Iulg:? vice qualibet con=
damnetur quilibet praedictorum, qui contrafecerit, et nihilominus d.s Capita=
neus intendat ad executionem praedictorum, statuto aliquo Cons?, vel
Populi d.e Civitatis, quod in contrarium loqueretur, non obstante, et quidquid
d.s Capitaneus fecerit, in praemissis valeat, et teneat, et plenam obtine=
68. at roboris firmitatem, et hoc Capitulum sit praecisum in qualibet
69. parte sui, et idem dicimus de Viduis, et Mulieribus aliis, quae reman=
serint Viduae, et quibus Dotes non fuerint restitutae, quibus Officiales d.e Civitatis

faciant alimenta dare, et dederni, quousque Dotes, et Augumenta Dotium eis fuerint integrè restituta, et hoc locum habeat in pnti praeterito, et futuro. Item, qd nulla Persona possit, aut debeat petere, nec peti facere prò dote alicujus Mulieris malae Conditionis, et Famae Mortuae, et quae Mulier sui culpa, et defectu steterit, seu stetisset seorsim tempore suae Mortis à Viro suo, et ad probandum, qd talis mulier fuerit malae famae praedictae sufficiant probationes quinque Testium de Publica Fama; et qd si Pater alicujus esset in necessitate, seu Mater alicujus, ipse talis Filius, ut Filii debeant Patrem, et Matrem Gubernare, et dare eis expensas necessarias, scilicet Victum, et Vestitum sedm formas suae facultatis, et possibilitatis, et Potestas, et ceteri alii Offles Coys Iulgi. teneantur, et debeant observare omnibus petentibus coram eis, vel quoque ipsorum, et quilibet possit petere nomine Patris, seu Matris dicta alimenta sine libelli oblatione summarie, et sine strepitu, et figura Iudicii, et sine salario aliquo solvendo, omni exceptione remota.

// De Successionibus Mulierum ab Intestato //

// Rubrica XLIII. //

Item Statuimus, et ordinamus, qd nulla Mulier, sive dotata fuerit à Patre, vel Matre, Avo, vel Proavo, Avia, vel Proavia, seu per verba de praesenti desponsata legittimè possit devenire ad successionem ab intestato Patris, vel Matris, Avi, vel Proavi, Aviae, vel Proaviae, donec superesset aliquis Masculus natus ex legittimo Matrimonio, et de linea, et stirpe masculina descendente omnium supradictorum, vel alterius praedictorum à quoque dotata esset; nec

79. etiam possit venire ad Successionem descendentis, seu descen=
80. dentium a Prædictis. Nec Mater succedat Filio suo, seu
81. Filiis superstitibus, seu superstitibus, fratre, seu fratribus ipsius dece=
82. dentis, vel Nepotibus masculis ex eodem Matrimonio, et ex eisdem
83. Parentibus procreato, seu procreatis, seu Patruo, vel Patruis de=
84. scendentis. Si vero dotata fuerit a Fratre Carnali, vel Sorore Carnali
seu a se ipsa, et per verba de præsenti desponsata non possit venire ad
Successionem ab Intestato Fratris Carnalis, vel Sororis ipsius Mulieris
ex utroque Parente Conjunctorum supervivente alio Fratre Carnali
Masculo ipsius decedentis Filio, vel Filiis ipsius Fratris tantum; Si vero
a Patruo, vel Amita dotata fuerit, et per verba de præsenti desponsata
85. non possit venire ad Successionem ab intestato ipsius dotantis Fratris,
86. vel Filiorum ipsius, existente Fratre dotantis, Filio, vel Filiis ipsius
Fratris Masculis tantum. A quoque autem prædictorum, seu aliquo ipso=
rum dotata fuerit, et per verba de præsenti desponsata non possit venire
ad Successionem præmissorum, seu prædictorum, seu alicujus ipsorum, nisi
modo, et forma prædictis, et in casu quoque, in quo secundum formam
dicti Capituli Mulier dotata repelleretur ab intestato, si viveret, a cujus=
que Successione repellantur etiam ejus Filii, et Filiæ ab eadem descenden=
87. tes, et quod nulla Mulier dotata possit petere supplementum Legiti=
88. timæ, sed suo Legato contenta sit, et si quis peteret super ipsa petitio=
ne non debeat audiri.

// De Mulieribus decedentibus ab Intestato, et Quarta //
// Dotis applicanda Marito //
// Rubrica XLIV. //

Quia Statuta quamplurima pro temporibus retroactis in Civit. Fulg.

123v

noverimus fuisse facta de infra scripta materia, ipsaque Statuta in ipsa Civitate viguisse, et robori firmitatem habuisse plenissime, et maxime in Statuto Populi Civitatis Bulg. inter caetera facto de anno Dni 1314. Scripto manu Joannis Averardi Notarii, posito sub Rubrica de Testamentis, et sub anno Dni 1318. Scripto manu Puccini Notarii, quod quidem Statutum hodie viget, et locum habet in Civit. praedicta, et inter praedictorum temporum Intervalla propter quorundam malignantium occupationes, malitiam, atque subreptiones, quas factas esse repenivimus de pluribus Statutis de dicta Materia factis tam Populi, quam Cois, ipsaque Statuta facta nequidant a quoque resarciri, propter quod Bulginates quam plurimi damna plurima incurrerunt, volentes huic morbo salubrem apponere Medicinam, et ne amplius aliqui damna aliqua incurrere valeant, sive possint, quod Juri alienum esse repe-

89. nivimus, ut alterius culpa aliquis aggravetur; Hoc pnti Statuto sta-
90. tuimus, atque firmamus, quod si aliqua mulier habuerit seu habu-
91. isset tempore sui Obitus Maritum, quae decessisset, seu decederet
92. in futurum intestata sine legittimis filiis ex dicto marito, et
93. ex ipsa natis, quod quarta pars Dotis illius mulieris talis, quae sic de-
94. cessit hucusque, seu quae decesserit in futurum veniat in dictum
95. suum Maritum, et sic auctoritate praesentis Capituli applicetur
96. pleno Iure; capto aliquo, quod loqueretur in contrarium non obstante,
97. et quod Instrumentum dotale, aut Confessiones Dotis factas per ipsum Maritum, vel alium pro eo ipsius talis Mulieris, quae sic decessisset, seu decesserit in futurum, non possit aliquo mo-
98. do executioni mandari contra dictum ejus Maritum, vel bona ipsius ad petitionem alicujus Personae super dicta quarta parte dotis, et petens ipsum Instrumentum exoni mandari non audiatur in

jure superd.ta quarta Parte Dotis; et predicta locum habeant, et teneant, et valeant in pnti, et preterito, et à d.o Anno 1314. et citrà, et per ipsum tempus, et etiam in futurum, et predicta plenè valeant, et teneant, et locum habeant in quolibet Casu predicto tempore; nisi qd pred.a volumus, qd prescripta, et finita per sententias alicujus Judicis Coris Fulg.s, vel per arbitros assumptos, vel per quietationem factam de d.a quarta, possint quoquomodo # retractari, et qd si ob subreptionem alicujus Statuti aliquis fuisset damnificatus tempore pred.o, qd auctoritate pntis Capli sit in* pristinum statum, et qd nihilominus, qui primò habebat, prosequi possit, aliquibus non obstantibus.

resuscitari, nec aliquo modo //

// Quod Bona data Prò dote alicujus // Mulieris adjustentur // Rubrica XLV. //

Item dicimus, et ordinamus, qd si aliqua Mulier Bona Viri sui, vel alterius personæ prò dote sua habuerit obligata, et noluerit Mariti Creditoribus respondere, seu de Credito satisfacere alicujus Personæ, quæ haberet vel cui obligata essent bona Viri, habeat ipsa Mulier de bonis sibi obligatis tantum, quantum capit summam suæ Dotis, et de hoc stetur examinationi duorum Amicorum proximiorum d.æ Contradæ, in qua bona jacent, qui ab ipsa Muliere, et Creditoribus eligantur, alioquin per Curiam, seu per Judicem, coram quo esset quæstio, et quidquid ipsi Mulieri modo predicto fuerit adjudicatum habeat, et teneat ipsa Mulier, et non plus, et superfluum prò debito Viri Creditori, vel Creditoribus ad ipsorum petitionem admittere teneantur, et si aliquis Creditor, vel Creditores ipsius Mulieris Mariti voluerit eidem Mulieri prò dote sua integrè satisfacere in pecunia numerata,

vel aliqua re, de qua concordaverint inter se, seu quod ipsa Mulier vendat bona Viri, vel alterius sibi obligata dimittere ipsius Creditoribus, seu Creditori Viri ipsius Mulieris, et pecunias recipere, vel aliam rem, de qua concordaverint inter se, et praedicta intelligantur eo casu, quo ipsa Mulier potior esset in Iure.

Ut si quid datum fuerit in Augumento Dotis alicujus Mulieris Valeat

Rubrica XLVI.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua Mulier, instante Matrimonio, aliquid dederit alicui in augumentum Dotis Viro suo, quod talis datio valeat, et teneat, non obstante, quod si Virus dabit Uxori tantum, quantum Maritus receperit in augumentum Dotis ab Uxore sua, et hoc valeat in praesenti, praeterito, et futuro.

De Alienarum Litium Redemptoribus

Rubrica XLVII.

Item, quia Litium Redemptoribus inest effrenata cupiditas, et avaritia inhonesta, quae cunctorum Malorum mater est, et Radix existit; mandamus, et praesenti Lege sancimus, quod nullus Advocatus, Procurator, et Notarius, et quaevis alia Persona dictae Civitatis Fulginii, vel ejus districtus, Clericus, vel Laicus alienarum Litium Redemptores existant per se, vel per alium, nec recipiant ab aliquo, seu aliquibus Creditoribus, Matre, vel Muliere, Capitulo, vel Collegio, ac etiam Universitate, Iurium Cessionem contra aliquem Fulginatem, et si receperit, non valeat quoquo modo, sed praesentis Ordinamenti potestate cassa sit et vana, et nullius valoris, et quod Iudex, et Officiales Communis Fulginii non audiant aliquem de praedictis, vigore dictorum Iurium, cessionum, et qui contra fecerit, si Advocatus fuerit, sive Procurator, ab officio Advocatoris, et Procuratoris suspendatur

in annum, et si aliquas alias personas in 100. Lib: Den: Coi Julij: condamnentur.

// De Donationibus non faciendis //

// Rubrica XLVIII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod nulla Donatio in futurum fieri possit à 25. Libris Denar: supra, nisi fiat in præsentia Potestatis, vel Iudicis, vel trium Consanguineorum proximiorum illius, qui donationes fecerit, et si aliter fieret præsumatur fictitiè facta, et non
99. valeat ipso Iure, et hoc Capitulum banniatur, ut non possit ab aliqua partium ignorantia prætendi de prædictis, et ad omnes dubitationes removendas statuimus, et declaramus, ut hoc Statutum debeat intelligi de Donationibus factis inter Vivos, et non caussa Mortis, quæ donationes caussa mortis præsentes, præteritæ, et futuræ valeant absque d.a Sollemnitate, cum sit ità Condentium hoc Statutum intentio. //

// Hic tamen animadversione dignum nobis videtur, quod Libræ 25. Den: constituunt Summam Scutorum — 4: 16: cum quod scilicet factum fiat ex sex Libris Gobbius in Tract.tu Var: Tract. de Monetis Quæst. 1. n.o 53. ; Sed Verius est, quod 25. Denariorum important Summam Scutorum — 30. , quia Denarius est Iulius Unus, et Libra componitur 12. Denarijs, scilicet duodecim Iulijs, et hoc desumitur ex Rubrica n.o 9.a Cap 91. n.o ubi eluciditur, Libras esse compositas 12. Denarijs. //

\# Gobbius

// De his, qui habent Donationem //
// Omnium Bonorum, vel ma- //
joris partis //
// Rubrica XLIX. //

125v

Ita cupientes, Veritatem omnibus fictionibus prævalere, hoc Statuto firmamus, et ordinamus, quod si quis habuerit Instrumentum omnium Bonorum, vel majoris partis Bonorum alicujus sub quoque Titulo facti, et post ipsum Instrumentum alienationis alienans remanserit in possessione usque ad mortem suam, sive per plures Annos, quod ipsum Instrumentum præsumatur fictitium, et simulatum, nisi fuerit factum cum præsentia Potestatis, vel alicujus Judicis, vel ipsorum trium Consanguineorum proximiorum, et si fuerit Venditio, nisi probetur de vera solutione per ipsos Consanguineos, si vixerint. Et idem volumus observari in re singulari alienata, si alienans remanserit in possessione per quinque Annos, non obstante, quod alienans constituerit se nomine ejus præcario possidere, nec sufficiat ementi, vel præcipienti allegare, et probare, quod alienans constituit se nomine recipientis præcario possidere;. In Venditione tamen rei singularis non requiratur sollemnitas prædicta, videlicet, requisitionis, et præsentiæ Potestatis, Judicis, vel Consanguineorum.

De Debito non petito infra Decem Annos

Rubrica L.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis habet aliquod Instrumentum de pecunia Numerata, vel Numeranda, et illud Debitum vel pecuniam Creditor non petierit a debitore, vel Fidejussore, sive ab illo, qui esset cum Fidejussore in solidum obligatus intra 10. Annos post completum terminum, sive tempus in Instrumento contentum, nisi pignus haberet obligatum, datum, vel traditum, sive appareret in Instrumento, sive non, vel nisi fuerit minor, vel mente captus, vel non habens Tutorem, vel Curatorem generalem,

vel absens, non habens Procuratorem, ex tunc non audiatur, et fide=bilis petitum non sit non obstante, sed quisque voluerit uti aliquo Instrumento in Civilibus ipsum Instrumentum ostendere debeat Debi=tori coram Judice, salvo, quod Patri contra Filium, Fratri contra Fratrem, Patruo contra Nepotem Carnalem, Matri contra Filium, et e converso usque in 3tium gradum non currat tempus infra 15. Annos a die celebrati contractus, et a d.o tempore 15. annorum ultra non audiatur, exceptis In=strumentis Dotium, in quibus habeat locum Jus Commune, velicta in for=ma Religionis personis, non obstante presenti Capto possint exigi, atque peti, et si aliqua Persona habuerit Instrumentum debiti cujusque quantitatis, quod excesserit d.m Tempus secundum distinctionem temporum et personarum supradictarum, et voluerit deferre Juramentum debi=tori suo, vel ejus Heredibus, qui voluerit succedere, et stare, si satisfa=ctum est de ipso debito ipsi Creditori, vel Heredibus, et juraverit reus absolvatur, et si confitebitur debitum cogatur ad solutionem faciendam, si v.o jurare noluerit Debitor, vel ejus Heredes, ipsum debitum, creditor, vel ejus Heredes petere possint, et exigere, non obstante prescriptione predicta, ipsum debitum. In puris vero debitis, ubi non est adjecta con=ditio existens, vel rei existentis, ubi esset in diem incipiat currere tempus a die celebrati Contractus, nisi petitum fuerit infra 10. annos coram Judice Competenti; In conditionalibus autem Instrumentis inci=piat currere tempus a die conditionis, non antea, et predicta locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

// De Rebus Mobilibus datis in Tenutam, //
// Qualiter vendantur //
// Rubrica L1. //

Itē statuimus, et ordinamus, qđ Res mobiles in Tenutam datę, sivè contumaciter, sivè definitivè teneantr per Creditores per unum Mensē, et elapso Mense liceat eis vendere, dummodò post Mensem protestetr, vel denunciet debitori suo personalitr, vel ad domum, audientibz Viciniis, vel ipsas res recolligat, et post ipsam protestationem per tres dies expectet debitorē, et posteà subhastentr, et plus offerenti dentr, et justū debitum cū expensis Creditor pgnus se retineat, et superfluū restituat debitori, et si quid defuerit, integra sibi remaneat actio repetendi, et Judex teneatr de aliis bonis debitoris facere adimplere, et illud idē dicimus de pignoribz conditionalibz, salvis pactis factis intr Contrahentes, et hoc locū habeat intr Cives nros solventes datia, et collectas, et qđ extrà Civitē Julgē. vadant Bajuli ad subhastandū ipsas res.

De Rebus Immobilibus In Tenuta Datis, qualiter Vendantur

Rubrica LII.

Itē dicimus, et ordinamus, qđ si aliqua tenuta data fuerit alicui Creditori de bonis immobilibz alicujus debitoris per Curiā, vel Officiū Coīs Julgē., sivè contumaciter, sivè definitivè prò aliquo debito, vel ab ipso debitore data fuerit ipsa tenuta ipse Creditor ipsā Tenutā teneat per tres menses, quibz elapsis, liceat Creditori ipsā Tenutā vendere, facta prius subhastatione tribz Vicibz in hac forma, videlicet; qđ pmò subhastetr in Contrada, in qua debitor cū sua familia habitat, et consueverit habitare, et post ipsā subhastationē facta expectet Creditor per unū diem; 2dò per Intervallum unius diei; et 3tiò subhastetr in Scalis Palatii Coīs Julgē., et

expectet Creditor per unum alium diem, et postea vendant, et plus offerenti dent, dummodo post ipsas subhastationes, et Bannimenta denunciet debitori suo, ut ipsa recolligat, et ipsum per tres dies expectet post ipsam denunciationem, si vero debitor fuerit absens à Civitate Dulcig.s, Creditor ipsam denunciam facere debeat, et teneatur ad domum in qua debitor consueverit habitare, praesentibus aliquibus ex convicinis, et his peractis possit ipsa vendere sine Curiae requisitione, quae subhastationes, et Bannimenta, atque protestatio, et denunciatio, seu bannantur, atque reducantur in publicam formam per quemque Publicum Notarium de Civitate, et Districtu Dulcignatensi, et si aliter fierent praedicta, nisi ut superius est expressum, non valeant, nec habeant roboris firmitatem, et tenutae rerum Immobilium valeant secundum plus debiti declaranti, et liceat postmodum Creditori ipsam rem vendere bona fide, et sine fraude, et plus offerenti dare, et justum debitum cum expensis propterea factis retinere, et superfluum restituere debitori, et si quid defuerit, integra sibi remaneat pro illo actio repetendi, et si non inve=

100. nirentur emptor dictarum rerum immobilium, hunc dictae res immobiles in tenutam datae adjudicentur Creditori in solum per dictos Officiales, qui de caussa cognoverint pro justo, et competenti pretio, sicut valet ipsa res in Contrada, ubi jacet secundum aestimationem faciendam per duos Convicinos ipsius Rei, qui per ipsum Judicem ponantur, et eligantur, neutri tamen parti suspecti summarie ad ipsam aestimationem faciendam, et cogatur debitor ad faciendum Instrumentum illius rei ad petitionem Creditoris, et fructus primo anno percepti ex ipsa re, sic data, et vendita computentur in sortem, et idem dicimus de Pignoribus conven=

tionalibus

conventionalib, salviis pactis int. Contrahentes, et d.a venditio per Creditores facta, servata in omnib. sollemnitate prædicta, valeat, et teneat, ac si facta esset per ipsum debitorem Dominum d.æ rei, et quod extra Civitatem Bulg.i et Comitatus ejus ad banniendum, et subhastandum ipsas res, ubi jacent, et expedit fieri, et banniri, vadant Bajuli d.æ Cois, et quod per eos in ipsis Bannimentis, et Subhastationib. factum fuerit, plenam habeat roboris firmitatem.

Ut tenutæ datæ per Curiam defendantur

Rubrica LIII.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliqua tenuta data fuerit legittime de bonis debitoris alicujus, sive per Curiam, et Offes Cois Bulg.i sive per Iudicem ordinarium, in quem partes consenserint quibuscumque debitorib. contra quoscumque debitores, Potestas, et Capitaneus, et eorum Iudex per se teneantur, et debeant ipsam tenutam defendere, et Creditorem seu Creditores mittere in tenutam, et inducere, et defendere in possessione ipsius, sive possideat, sive non sine inquietatione aliqua in ipsa tenuta conservare, et facere conservari, et teneantur ad petitionem petentis mandare unicuique molestanti ad pœnam 10. Lib: Den: Coi Bulg.i applicandam, ut inductus modo prædicto in tali possessione, et tenuta non molestet, et intelligatur, sive Creditor, sive alius pro eo possideat ipsam tenutam, sive non possideat, et qui contrafecerit in d.a pœna 10. Lib: Den: per ipsum Potestatem, vel Capitaneum debeat condemnari, et in majori quantitate inspecta qualitate personæ, et si Potestas, Capitaneus, seu Rector prædicta non fecerint, perdat de suo salario 50. Lib: Den:, et nihilominus inductus in

tenutas defendere teneantur, ac eum conservare in ea, et si ali=
qua tenuta data fuerit alicui Creditori per suum Debitorem pro
aliis debitis, sive re, sive rata, et firma, ac si data esset per Curiam,
et acceptatio ipsius tenutæ, sive rei valeat, et teneat, sicut per
Curiam data esset.

// De Contestatione inter Creditores, quis Potior in Iure //

// Rubrica LIV. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si contentio oriatur inter Creditores de bonis
alicujus Debitoris, quis eorum potior sit in Iure Possessionis, seu Hypo=
thecæ, Iudex, coram quo debet quæstio ventilari ad petitionem unius,
vel plurium petentium cognoscere debeat sine libello, visis Instru=
mentis hinc inde, et juribus utriusque Partis, et potiorem in posses=
sionem mittere, et ipsum in ea defendere, non obstante, quod talis mis=
sus non inveniatur in ipsa possessione, et de prædictis cognoscere possit
Iudex Potestatis coram quis ob id voluerit litigare, et ipsas quæstio=
nes, vel quæstionem teneatur, et debeat definire, et terminare breviter,
et summarie, et sine strepitu, et figura Iudicii, et illi, cui fue=
rit primo res obligata possessionem ipsius rei dare faciat, et ipsum
in possessione ipsius rei defendere debeat, et teneatur, et secundum
Creditorem removere, nisi primo Creditori debitum offeratur, et hoc lo=
cum habeat in conventionali pignore, in pretio vero fiat adjusta=
tio pro mensura debiti declarati.

// Quod Potestas de Contractibus non Scriptis fieri //
// faciat publicum Instrumentum //

// Rubrica LV. //

Item dicimus, et ordinamus, quod de omni Contractu non scripto, de quo non appareret publicum Instrumentum, si pars probaverit, vera esse, quis petit, et voluerit inde fieri publicum Instrumentum, Potestas, et Capitaneus teneantur, facere fieri publicum Instrumentum, et hinc recipiantur testes, et iurent dicere veritatem, et publicentur, et eis plena fides adhibeatur, et predicta omnia faciant summarie, et sine oblatione libelli, et litis contestatione, et sine strepitu, et figura Iudicii.

// Quod Potestas, et Capitaneus faciant //
// observari Promissiones, et Pacta //
// Rubrica LVI. //

Item dicimus, et ordinamus, quod Potestas, Capitaneus, sive Rector, et eorum Iudices, et alii officiales Civitatis Bulgi teneantur, et debeant facere observare omnes Promissiones, pacta, et Conventiones inter quasque Personas legitime factas, nisi legittimis exceptionibus eliderentur.

// Qualiter extrahantur Rogationes Notarii Mortui //
// Rubrica LVII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod si quis ex nostris Notariis, qui consueverit facere publica Instrumenta mortuus fuerit, et dimiserit seu reliquerit rogationes suas, imbreviaturas, seu Protocolla, et alia quecumque acta alicui Notario, ipse Notarius, cui commissio facta esset, seu fuerit, teneatur exemplare, et copiare de Originali in publicam formam, sicut sibi melius visum fuerit, et ipse Notarius, cui commissum fuerit per se, sine fraude, prout faciendum cognoverit ipsum Contractum in publicam formam reducere, et reddere possit, et teneatur personis cui debentur, et pertineret, et in quantum dicti Contractus, seu Rogationes extensi non essent, possit, et debeat dictus Notarius extendere, et ordinare cum Capitulis

necessarijs, prout solitus erat scribere, et ordinare Notarius Mortuus, vel etiam Notarius absens à Civit.e Fulg.i, et Districtu, cujus fuissent dd.i Contractus, seu rogationes in talibus Contractibus, vel similibus, et talibus Contractibus extensis, et ordinatis in publicam Formam redigere possit, et debeat, ita tamen quod ob tales extensionem, et ordinationem per d. Notarium, cui commissum fuerit, et penes quem essent rogationes, et contractus praedicti, de ipsis Contractibus, et rogationibus in aliquo facti substantia non mutetur, et in pactis Contrahentium nihil minuat, neque addat; Qui Notarius recipiat duos Solidos, et sex denarios pro Instrumento, et Testamento 20. Solidos, si Testamentum continebit 100. libras denariorum, et abinde supra, si vero ad 100. libras infra continebit sex Solidos den.: sub poena 100. Solidorum, et majori quantitate, inspecta qualitate ipsorum Instrumentorum, et Testamenti, prout Potestas, vel ejus Iudex decreverit, et possit ipsa publicare, et reddere, et restituere ad manus Potestatis, seu Iudicis sine publicatione illius Notarii, qui scripsit illas rogationes, et Contractus, et si non contineantur appellationes, et sine libelli petitione, et poena dupli, et sub obligatione suorum Bonorum, et alijs Sollemnitatibus, et rogatus illa die, cui commissum esset, vel fuerit, teneatur adimplere, sicut Notarius Mortuus facere consuevit, et in suis Instrumentis imponebat, dum vivebat, et idem servetur in Scripturis rogatis, et Contractibus Notariorum Infirmorum, vel Absentium, qui fuerint casu aliquo aggravati, et nullum aliud Capitulum huic Capitulo contradicat, et cuique, vel quibusque ipsae Rogationes, seu Protocolla pertinuerint d.s Notarius reddere teneatur, et non alijs, et cuique Notario commissum fuerit rogationes Notarii Mortui, vel Notariorum mortuorum possit ex ipsis ipse excerpere Publica Instrumenta, et in publicam

128v

forma restituere, et dare teneatur absque licentia, et commissione alicujus Judicis, vel Concilii Generalis Civitatis Bulgi, et sine subscriptione aliorum Notariorum, sed tantummodo subscriptio illius Notarii, cui commissus fuit, sufficiat, et valeat, et teneat, ac si publica, et facta essent cum omnibus, et singulis Capitulis, quae requiruntur à Jure, et cui licentia d. Concilii, et Auctoritate Judicis, et aliis sollemnitatibus à Jure praemissis, et cuique ipsae Rogationes, et Protocolla commissa fuerint in sua Persona habeat potestatem, et debeat retinere apud se. Item quod quilibet Notarius nostrae Civitatis, et Districtus in quolibet Instrumento, quod fecerit, teneatur ponere, et scribere Annos, et quamlibet quantitatem extense, et non abbreviate, et hoc quilibet Notarius teneatur facere Jure. Commissio vero fieri debeat ab ipso Notario, qui scripsit ipsas rogationes, seu Protocolla, aut ab Haeredibus ipsius, aut à Concilio Generali d.ae Civitatis, licet quilibet Notarius teneatur, et debeat reddere Instrumentum, et Instrumenta publica pro Salario in praesenti declarato, et qui contrafecerit pro qualibet vice in 10. lib. den. condamnetur, et hoc Potestas teneatur observare poena 50. lib. den. de suo Salario, in quibus si negligens fuerit, per Syndicum d. Civitatis Communi debeat condemnari, et quod d. Potestas, et Capitaneus Populi d.ae Civitatis juramento jurare teneantur dare operam efficacem, quod Rogationes, et Protocolla Notariorum Mortuorum, et qui in posterum morientur, deponantur, et debeant deponi apud quempiam et legalem bonum Notarium d.ae Civitatis Bulgi, sicut placuerit Haeredibus Notarii Mortui, et non apud aliam personam, et hoc ad petitionem cujusque petentis nomen ejus teneatur secretum intra 15. dies, postquam petitum fuerit.

// Quod in Relictis usque ad quantitatem decem //
// Librarum sufficiat probatio trium te= //
// stium, etiam foeminarum //
// Rubrica LVIII. //

Item dicimus, et ordinamus, quod in relictis, et qualibet alia ultima voluntate usque in quantitatem 10. librarum denariorum sufficiat probatio trium testium, etiam foeminarum.

// Quod prius conveniatur Principalis, //
// quam Fidejussor //
// Rubrica LIX. //

Item dicimus et ordinamus, quod in omni debito prius conveniatur Principalis, quam fidejussor. Et si Principalis non esset idoneus ad solvendum ad Fidejussorem, habeatur recursus. Salvo quod fidejussores pro communi obligati sint Principales et possint conveniri, et constringi pro debito, pro quo sunt obligati communi. Item quod si aliquis noster Civis pro forense fidejusserit communi pro dicto pro aliquo Mattio quod ejus fidejussio valeat, et teneat. Et quod ipse Fidejussor possit constringi, sicut esset Principalis persona.

// Praesens Rub. 59. extracta fuit a Rub. 109. Statuti veteris Bulzaginis, quod servatur in domo meis. //

// desunt n[on] pauca //

// Qd quicunque habeat Unum Starium //
// Terræ, seu minus juxta aliquem, //
// qui teneat à duobus, vel pluribus //
// lateribus, teneatur ei vendere //
// Rubrica LX. //

Item dicimus, et ordinamus, qd quicunque habeat Terram in districtu Vul=
101. ginii extra Carbonarias Novas Civitatis prædictæ juxta Terram
alicujus à quatuor lateribus, vel duobus lateribus, et esset unum Sta=
dium, vel minus, qd talis habens dictam terram unius Starii,
vel minus circumdata à quatuor, lateribus, vel duobus lateribus ab uno
Consorte tantum, teneatur eam vendere ipsi suo Consorti, seu Con=
vicino pro competenti pretio, prout declaratum fuerit per duos
amicos Communes ab utraque parte positos, seu ponendos, et ipse
talis, qui teneret à quatuor, lateribus, vel duobus lateribus hujusmodi
Terram, ut dictum est, teneatur eam emere, et hoc non intelli=
gatur de aliquo Casalino.

// De Testamentis Mulierum Populi //
// Rubrica LXI. //

Item statuimus, et ordinamus, qd si aliqua mulier # Maritum, et # habens
Filium, seu filios ex eo condidit, seu condiderit Testamentum
102. sine præsentia dicti sui Mariti, ipsum Testamentum non vale=
at, nec teneat, nec habeat roboris firmitatem, et ipso jure pro
casso, vano, et nullius roboris penitus habeatur, et ex forma ipsi=
us Testamenti alicui Legatario nullum Jus requiratur, et vo=
lens ipso uti non audiatur in Jure. Item, qd si aliquis Filius

131v

Matri suæ donaverit, seu venditionem aliquam in forma cujusque Contractus fecerit de omnibus suis bonis, vel majori parte ipsorum Bonorum, et post d.a venditionem, donationem, seu Contractum d.s ejus Filius mortuus sit, d.a sua matre superstite, quod præd.a mater Filiis, seu Filio d.i sui Filii mortui d.a bona di vendita, vel donata a dicto Filio restituere teneatur, et facere inde fieri publicum Instrumentum restitutionis sine aliquo pretio ad sensum, et voluntatem Sapientis d.i sui Nepotis, seu Nepotum cum omnibus sollemnitatibus necessariis d.o Instrumento, et præd.a Potestas, et ejus Iudex præcise Iuramento teneantur, et debeat fieri facere infra quinque dies, postquam petitum fuerit coram eis, aut altero eorum ad petitionem cujusque Consanguinei d.i Nepotis, seu Nepotum. Item, quod si Maritus d.æ talis Mulieris, quæ condidit, seu condiderit Testamentum, non esset, vel non fuisset in Civitate Fulginii, vel ejus Districtu, vel fuisset, vel esset Iusto Impedimento impeditus, quod ipsa Mulier possit condere Testamentum in præsentia Consanguinei ipsius Viri, seu Mariti, et sic conditum d.m Testamentum valeat. Item, quod si aliqua Mulier decessisset, seu decesserit intestata sine Filiis legittimis, quod quarta Pars dotis talis Mulieris, quæ decessit, seu decessisset, veniat in d.m suum Maritum, et ipsi suo Marito applicetur pleno Iure, Capitulo aliquo tam populi, quam Comunis, quod in contrarium loqueretur huic Capitulo, non obstante; et quod Instrumentum Dotale ipsius talis Mulieris sic decedentis contra Virum ipsius talis Mulieris, et ejus bona executioni mandari non possit in

quarta parte dotis prædictæ per aliquem Offlem Cõis prædicti ad petitionem alicujus personæ petentis, et si peteret, non audiatur in sua petitione tam Pater, quam Persona aliqua cujusque conditionis existeret prò parte Mulieris prædictæ sic decedentis, et prædicta vindicent sibi locum, nec non valeant in muliere, seu mulieribus habente, seu habentibus Patrem, et in non habentibus, ac etiam à supradicta parte, quæ dicit. Item, quod si aliqua Mulier habens Maritum decessit, seu decesserit intestata, et inferius usque ad finem hujus pntis Capti valeant, et locum habeant in præterito, pnti, et futuro.

// Quod Mulier ante Ingressum faciendum per eam //
// Prò Moniali in aliquod Monasterium possit //
// Donationem facere de Bonis suis Patri, //
// aut Matri ipsius, et aliis quibuscun= //
// que sibi placuerit //
// Rubrica Populi CCXLIX. //

Item in quodam Statuto Cõis cum contineri dicatur, quod nulla donatio fiat, seu fieri possit per aliquam Personam à 25. Libris suprà, nisi certa forma tradita per formam dicti Statuti servata; iccirco dicimus, et ordinamus, quod Captum Statuti prædti sic continentis non extendat, nec locum habeat eo casu, quo si aliqua Mulier intraverit, aut intrare voluerit prò Moniali in aliquod Monasterium donationem de bonis suis facere possit, et bona sua donare Patri, vel Matri ipsius Mulieris donantis, et ipsa donatio per eam sic facta, vel facienda valeat, et teneat, dicto Capto Statuti Cõis, de quo supra fit mensio, seu aliquo quoque loquenti in contrarium non obstante,

et prædicta vindicent sibi locum in pnti, præterito, et futuro, et in Donationibus sic jam factis per Mulieres prædictas. Item, qd d.a Mulier ante ingressum prædictum possit d.o sua bona in totum, vel in parte donare, prout sibi placuerit, Patri, vel Matri, Filio, vel Filiis, aut Filiabus, Fratri, vel Fratribus, Sorori, vel Sororibus suis Carnalibus, Nepoti, vel Nepotibus suis Carnalibus, aut alteri donum, prout sibi placuerit, et videbitur faciendum, et posito qd n habeFet aliquem, vel aliqm ex prædictis possit dicta Mulier ante ingressum prædictum ipsa sua bona in totum, vel in partem donare, et Instrumentum facere Donationis cuicunque sibi placuerit, et ipsa Donatio, sive Donationes d.o modo, et tempore facta, seu factæ valeant, et teneant, et semper plenam habeant roboris firmitatem, Capitulo aliquo Statuti tam Populi, qm Comis ante, vel retro positi, qd in contrarium loqueretur n obstante. Item si aliqua Persona suum condiderit Testamentum, seu alia quæque ultima voluntate aliquid de bonis suis in totum, vel in partem alicui reliquerit, ut puta, Patri, Matri, Filio, seu Filiis, aut Filiabus, et e converso Frater, Fratri, seu Fratribus, et Soror Sorori, qd ex d.o Legato, seu Relicto, vel Legatis d.o modo factis Gabella aliqua n solvatur.

De Mulieribus Malæ Famæ, et Conditionis expellendis
Rubrica Populi CCIV.

Item dicimus, et ordinamus, qd Mulieres Malæ Conditionis, et famæ morantes à Carbonariis Novis intus Civitatem Fulginii pœnitus expellantur; Ità qd ad dictum locum redire non possint, et Capitaneus Populi vinculo Juramenti, et pœna 50. Lib. Den: de suo salario retinenda ad petitionem cujusque petentis possit,

tendat, et debeat inquisitionem facere de praedictis, et quas invenerit Mulieres malae famae, et conditionis penitus expelli facere tendat, et ad praedicta probanda sufficiat publica fama Vicinorum, seu Vicinarum usque in quantitatem quinque Testium, si fuerint Masculi, si vero Faeminae, seu Mulieres fuerint usque in quantitatem decem Testium de publica fama fide dignorum, quae pro plena, et sufficienti probatione habeantur, Capitulo aliquo in Contrarium loquente non obstante. // # ~ ~ ~#~ vv

Finis //
// Secundi Libri Statutorum //
. // Civitatis Fulginii //

In Nomine Dni. Am.

Universis Fidem facio verboque veritatis testor Ego Notarius pub. s infrascriptus, qualiter praesens Copia pub. ca Statuti Civitatis Fulginei in Segretaria hujus Illmae Communitatis asservati fuit fideliter, ac de verbo ad verbum ex suo Originali extracta, quod

133v

original inveni, consistens in binis cartis
qualitatibus scilicet in pergamena Sig.
tis impressis, et in Papiracea, cum quo ori-
ginali, facta per me hujus Copiae diligen-
ti, et accurata Coll.e in omnibus, et per
omnia concordare inveni, salvo semper
deindeque original. pred. suis Ano Ira-
denti Reposui; Quocirca hic me sub-
scripsi, et Signo Fidem, et Sig-
nis Die Decima Mensis Octo-
bris 1790

Ita est Placidus Nalli
Sulg.s pub.s Apud auct.te
Notarius, et in Arch.o Reg. Cu-
riae depu.s de pred. Cop.
sub.sit.

Annotationes aliqua in Capitula Primi Libri, et in Rubricas Secundi Libri Statutorum Civitatis Fulginii, et primo in Capitula Libri Primi //

Annotationes in Cap. 1. Libri Primi. De Magnifici Dñi Gubernatoris Jurisdictione, ejusque Obligationib. //

A. qd licet ex forma Statutorum Confirmatione Aplica roboratorum §. expressa sunt ista Verba in pdā Bulla registrata in fine d. Capli, qd per ista assertionem Pontificis de Confirmatione Statutorum, seu per ista Verba enunciata dicit probata Confirmatio Statutor. Rip. in pma Resp. de Rescript. N.o 1. ubi testat de Communi Opinione.

B. Præventioni locum esse §. In eadē Bulla nota, qd int Iudices nræ Civitatis in Caussis, quæ n excedunt valore 10. Ducatorum est locus præventioni.

C. Longo tempore §. expressa in eadē Bulla // An per ista Verba, et assertione dicat probatu, qd Statutu nrũ sit usu receptu ex cursa longi temporis // Vide per Ripam in pma Resp. de Rescript. N.o 1.

D. Non possint §. Hodie v. pdæ instantiæ per appellatione devolvint ad Dñu Gubernatore, qr. Iudex Appellationu in hac nra Civit. amplius n eligit.

In Caput 11. dicti Libri. De Prætore, et ejus electione. //

A. Ad sex Menses §. Nota, qd Prætor Fulginii n potest eligi,

134v

nisi ad sex Menses.

B. Per quindecim Milliaria f. Nota, qd non potest eligi, qui sit de loco proximo Civitati Fulginii intra 15. Milliaria.

C. Et de alio loco f. Nec sit de loco Prædecessoris.

D. Et alias non exercuisset f. Nota, qd non potest eligi, si exercuerit dictum Officium, vel aliud in dca Civitate infra quinquennium.

E. Aliisque saltem per Semestrale tempus f. Nota, qd non possit eligi, nisi Iudicaturam alibi saltem per Semestrale tempus non exercuerit.

Nota, qd si alias eligeretur, electio esset nulla, qa in hoc Capto adest Clausula irritans, quæ facit actum nullum ipso Iure.

In Caput dicti Libri I. XVI. //

Nundinas instituere non possunt Decuriones cum Immunitatibus, et exemptionibus, et Franchitiis à Gabbellis nisi ex Concessione Principis, sed benè possunt instituere mercatus immunes, et francos à Gabbellis etiam Concessione Principis Cohell: ad Bull: Bon: Regim: Cap. 31. No 233. cum seqq. usque ad 236. DD. in L. 1. ff. de Nundinis.

Iidem Decuriones possunt moderari mercatoribus pretium Mercium Strac: de Mercat: p. 4. No 51. Cohell: Cap. 31. No 238.

Non omnes mercatus possunt dici Nundinæ, sed benè omnes

omnes nundinae possunt dici Mercatus. Cohell. d.o Cap. 31. No. 239.

Privilegium Nundinarum non solum Personas ad eas venientes, sed etiam res in loco, et tempore Nundinarum evectas, et invectas comprehendunt. l. Unica, Cod. de Nund. Cohell. ad Bull. d.o Cap. 31. No. 240.

Et durat d.m Privilegium per octo dies ante, et octo post Nundinarum tempus assignatum. Barat. in l. 2. de Nundin. Cohell. ibidem No. 240.

Nundinae, seu Mercatus non sunt exercendi in diebus feriatis in honorem Dei, nec Vecturalibus, idest Agatonibus sarcinas componere, et ad Nundinas asportare, sed tantum compositas continuare in itinere, neque Mercatoribus licet emere, aut vendere, etiam clausis apothecis, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula, et modici momenti pro transeuntium Advenarum urgenti, et praesentanea Necessitate. Cohell. d.o Cap. 31. No. 241. sicut in Synod. Bulg.e Tit. de die Fest. Fol. 78. et seqq. praecipue Cap. 5. et Cap. 7.

☞ Die qualibet f. etiam in honorem Dei de Rome. Vide per Marchesan. in suo Tract.u Commiss. P.e 2. Cap. 2. sub No. 27. et 28.

Quod Iudicia tempore Nundinarum diebus feriatis sileri debent et in hoc servatur Ius Commune, quod in quibusdam urgentibus

135v

casibus, qui moras non patiuntur, permittitur litigare, seu arbitrare, et convenire. Cohell. ad Bull. Bon. Reg. Cap. 31. N.o 240. in fine.
Nundinae, et Mercatus prohibentur exerceri in diebus Feriatis de Praecepto Ecclesiae, seu etiam in diebus Feriatis ex Devotione Loci Particularis. Cohell. ad Bull. d.o Cap. 31. N.o 242. et 243.
Occurrente die Festo, durantibus Nundinis, an illa die solvantur Pedagia. Cohell. ad Bull. d.o Cap. 31. N.o 244. cum seqq.
Mercatus non possunt in aliqua Civitate institui pro aliqua die, qua exercetur Mercatus in Loco vicino, ne illi Loco detrimentum fiat. Cohell. ad Bull. Bon. Reg. Cap. 31. N.o 233. Gaill. Pract. Lib. 2. Observ. 69. N.o 24. et 27.
Circa Jurisdictionem Consulum ad Nundinas praepositorum Constitutiones Summorum Pontificum Privilegia, et Breve Pii V. servanda sunt. Cohell. ibidem, N.o 41. in fine; et Nos habemus Constitutiones, et Bullas superius registrat. d.o Cap. 16. d.i primi Libri supra sub Folio 27.
Utile Negotium Reipublicae dicitur paratum, si ab Universitatibus, sive Superioribus instituantur Nundinae, et Mercatus. Cohell. ad Bull. Cap. 31. N.o 232. §. Dicitur. 2.
Libri Mercatorum licet non probent pro Scribente, attamen completis Nundinis ille Liber nuncupatus "Scarta fascio di Fiera" probat: et quare Bich. dist.e 481. N.o 1. 2.
Nundinas esse completas, et Scarta fascia, et Bilancia singulorum

Banchenionis ritè procedisse. Bich. d[a] Dist.[e] 4[o] 61. N[o] 3.
Tempore Nundinarum prohybentis Represalias, et est de Iure Communi etiam dispositione; ut docet Bart. de Repres. q. 7. N[o] 13. Fol. mihi 154.
Ad materiam represaliarum vide Bart. in Tract[u] Represal. per 10. quæstiones plenas Fol. mihi 151.
Vide Papinis in Forma libel. act. Real. §. Iure Dominii N[o] 16. usque ad 22. Fol. 20.
Represalias barbaro videlicet, dicuntur Pignorationes rerum, et personarum, quò unus pro alio, et res unius pro re alterius apprehenditur ad Lex. in Cap. 1. de in Iure in 6. Gaill. post Tract. Observ. Tract. de arrestis Obser. 2. Folio 395.
Antiquitus represalias concedebantur à Principe, vel Magistratu merum, vel mixtum imperium habente ob Iustitiam denegatam. Bart. in præf. N[o] 1. in Tract[u] de Represaliis Fol. mihi 150. à Verb. Cohell. super Bull. Bon. Reg. Cap. 42. N[o] 33. Gaill. d. Tract[u] de arrestis Observ. 2. N[o] 2. Fol. mihi 395.
Represaliæ regulariter non valent, et non habent locum, nisi in Casibus specialibus à regula exceptis; nemo enim alterius odio prægravari debet. Gaill. de Arrestis, Observ. 2. ibidem, sed ego existimo. Fol. 395.
Thesaurarii provinciales, et exactores Status ecclesiastici quotidiè committunt, et exequuntur represalias contra Cives

136v

particulares pro debitis Communitatis; ut testatur Cohell. ad Bul. Bon. Reg. Cap. 15. No. 24.

et isti tanquam habentes manum regiam non tenentur servare ordinem, seu sollemnitates, sed sufficit ostendere solam concessionem, et omnia alia praesumuntur tanquam facta manu regia. Bart. de Repres. No. 1. q. 4. in addit. Folio mihi 152.

Facultas represaliandi Cives, quam habent, et qua utuntur Thesaurarii Provinciales, et exactores Camerae Apostolicae oritur ab eo fundamento, quod Civitates, et Communitates dum redditus, et census exolvere promittunt pro solutione redditus, et census obligarunt Cives, et eorundem Civium bona, ut admittunt quodammodo Gaill. de arrest. Obser. q. in prim. Cohell. ad Bull. Bon. Reg. Cap. 15. No. 24.

Civitates habentes potestatem legis condendae, et non recognoscentes superiores, possunt obligare suos Cives sub represaliis in casu non solutionis, sed Civitates non habentes talem potestatem legis condendae, et recognoscentes superiores, ut sunt Civitates Status ecclesiastici non possunt obligare suos Cives sub Represaliis. Gaill. de arrest. Observ. q. per tot. Cohell. ad Bull. bon. reg. Cap. 15. No. 23. Bart. de Represal. q. 1. No. 14. Fol. mihi 151. a tergo.

Represaliae concessae contra Cives alicujus Civitatis non extenduntur etiam contra Suburbanos, nec contra subditos Territorij. Gaill.

de Arrest. Obser. 8. N.o 10. ubi qd talis modiosis sit restrin=
genda. Bart. de Repres. q. 3. per tota.

Ad hoc, ut represaliæ sint licitæ in foro Conscientiæ tria re=
quiruntur; primo, authoritas Superioris; 2do, justa caussa conce=
dendi, qa. denegavit justitia; 3tium, qd intentio represalias com=
mittentis sit justa, et recta, et qd non tendat ad aliqm particula=
rem vindictam, nec adsit cupiditas nocendi, feritas rebellandi,
libido dominandi, et similia. Bart. de Represal. q. 1. N.o 3.
vers. 2. fol. mihi 151.

In foro vero Civili non curantur de dd. requisitis. Bart. ibidem
dd. N.o 3. in fine.

In foro Civili tunc sunt licitæ represaliæ, quoties adest Superio=
ris authoritas, et justa caussa, idest negligentia reddendi de=
bitum, idest caussa legittima dicitur, si Dominus, Gens, vel Popu=
lus requisitus justitiam facere neglexerint. Bart. de Represal.
q. 1. N.o 4. ad 3. fol. mihi 151.

Super mercibus mercatorum non conceduntur; ut rescripsit pro Dno
Roncallio S. Congr.o Bon: Regim:

Idem, nec contra Clericos. Bart. de Represal. d.a q. 3. N.o 6. fol.
153. à tergo. et contra Clericos exercentes sunt excomuni=
cati. Cohell. ad Bull. bon: regim: Cap. 12. N.o 32. Bavore
vero Clericorum conceduntur. Bart. de Tract. q. 5. N.o 3. fol.
152.

statutis, qd unus vendat sub represaliis pro debito alterius, si fiat intra jurisdictionem statuentium non valet dummodo adsit authoritas Superioris, et justa caussa. Bart. de repres. q. 1: per No. 8. et seqq. fol. mihi 151. de caussis represaliandi. Bart. de Repres. q. 2: per tot. fol. mihi 151. a tergo, et folio 152.

Quis Judex possit concedere represalias. Bart. de repres. q. 3: per tot. fol. 152. a tergo.

Qualiter, et quo ordine represaliae concedantur. Bart. ubi supra, q. 4: per tot.; Qualiter a represaliis justitia denegata probetur. Bart. ibidem q. 4. No. 12. quibus concedendae sint represaliae. Bart. ibidem q. 5. per tot. mihi 152. Contra quos concedantur. Bart. ibidem q. 6. per tot. mihi 153. et a tergo. Ubi inter alia, quod non concedantur contra Mulieres, Clericos, Scholares, Ambasiatores euntes ad Indulgentias, et nec contra impulsos per vim ventorum in aliquem Portum.

Civitates, et Homines etc. Sunt verba apposita in Brevi Pauli Tertii; Nota, quod appellatione Civium non solum continentur, qui sunt nati in Civitate, sed etiam omnes, qui sunt de Comitatu et territorio. l. Cives ff. de appell. ubi Glos. Dd. in Rub. ff. Sol: Matri. Bartolus in l. 1. ff. ad Mu: Bald. in l. Sin. ubi Dd.s alii ff. de offic. Procons.; per quae determinatur quaestio, quod Rustici etiam comprehendantur sub isto Brevi, et sint subjecti Jurisdictioni Praesidum Nundinarum.

3 — Notarii Forenses, qui in Civit.e Fulg.i, aut ejus districtu per Quinquennium n' habitaverint rogari non possunt de actibus int. Vivos, vel ultimam Voluntatem spectantib. ad personas d.æ Civitatis, vel ejus districtus, ac Clausula actuum prædictorum annullativa. Card. Discep. 45. N.o 9.

Archyvista Fulginei habet facultatem extrahendi Scripturas ex Archyvio, etiã absque Judicis Auctoritate, et partis citatione; Decis. 630. coram Pamphylio.

// Annotationes Secundi Libri //

Annotationes in Suprascriptis Statutis Civitatis Fulginei
Cum Sequentibus Signis
In Secunda Rubrica
De Divisione Rerum Mobilium, et Immobilium

Rub: 2.^a Vide forma Libelli in L. 1. ff. Famil. ercisc: et vide Statutum Populi 5. in Rub. 31. et de forma Libelli vide Bar: in L. ad officium, ubi etiam Baldus per Commun: divid:

Num.° 1. Possessionem clausae: Vide dicta in L. 1. in fin: ff. Commun: divid:

2. Pactum de non dividendo: de iure pactis, ut perpetuo res non dividatur non valet L. In hoc §. Si conveniat ff. Commun: divid: ubi vide, et vide per Alexan. Cons. 59. viso themate Col. fin. in princ. Lib: 5. et Cons. 113. circa p.^m Col. 3. Lib. 3. late per Dec. Cons. 265. in 2. dubio, et ita intellige Statutum hoc.

3. Opponere exceptiones: de modo opponendi vide Bald. in L. 1. in princ. Versic. unde contra Libellos, ff. Fam. ercis.

4. Publicas formas: Per testes, et de iure Communi probatur divisio, nec de substantia requiritur scriptura Dec. in Cons. 79. in 3. dubio; immo etiam quod apparent plures possedisse vel partes, ut proprias praecimum praesumitur res illa divisa, et pro civilis parsin divisione ita obtinent. Glossa in L. Per: Cod. Commun: divid. Alex.
G. Cons. 92. col. 1. Lib 2. Dec. Cons. 79. Ultimo dubio.

5. Frater Major tenetur facere partes, et minor eligere de iure.

Can. Per c: 1. de Parochiis; Legistae autem tendant contrarium, ut per Ius in §. quaedam Inst. de action. quin Iason tenet contra Legistas, et ubi per dus Cifay, si habet rem communem cum privato tenet facere partes, et privatus eligere debet. An autem a divisione facta per sortes possit appellari. Vide Bald. in L. fin. in princ. Cod. Commun. delegat. et per Philipp. Franc. in Tract. de appellat. in fine sui operis super Rub. Col. IV.

6. A quibus petatur divisio &c. Minor de Iure non potest alios provocare ad divisionem, et si ad ejus provocationem fuit est nulla L. si Pupillorum in princ. Ubi docet ff. de Reb. eorum L. Pen. Cod. de praed. min. Si tamen plures Minores provocant ab uno Majore, etiam inter ipsos Minores fieri potest divisio. Bart. in L. Inter Populos ff. de auct. Tut. Item potest Minor provocare Majorem, quando non expediret stare in Communi. Bart. in d.a L. Inter Pupillos. Alex. in Cons. 7. in fin. L. 5. Soccin. Iun. Cons. 48. Col. 2. in Princ. Lib. 1.

7. Et divisio cum eis &c. Hoc de Iure est verum, si expedit Minori. L. Inter Populos ff. de auct. Tut. Ubi Bart. et intelligo semper cum authoritate Tutoris.

8. Et Minores non obstante &c. Minor, si in divisione servitutis laedatur, an restituatur. Vide per Philipp. Franc in princ. sui operis, et Tract. de Appell. Col. 3.a

Rub. 3.a In Tertiam Rubricam

De Reb. quae commode dividi non possunt

Vide ad materiam istius Capituli Text. Gloss. Glos. et DD. in l. ad Officium Cod. Comm. divid. ubi de Iure Communi concludit, qd per Citationes fiat divisio rerum, de quib. hic, ut det plus offerenti:

9. Commode f. Quis res dicatur commode n. posse dividi, et quae commode, ponit Bald. in l. Sancimus, an fin. Cod. de Donat.

10. Illi cui per sorte f. si tn unus habet majore partem, qm alius, tunc illi adjudicatur, qui majore parte habet. Bald. in l. Sancimus, No. 9. Cod. de Donat. Cora: Cons. 81. No. 7. Lib. 2.

11. Exceptis viis vicinalib. f. Adde, qd nulla res, quae communis esset int. aliquos, si unus ea privatus pars sua, quae illi res Communis inserviebat efficeretur inutilis, tunc n. divideretur, nec admitteretur litigatio, ut per Bald. in l. Arbor 5. de Vestibul. per illum text. ff. Communi divid. et vide Cora decis. 63.

In Quartam Rubricam

Rub. 4a. De iis, qui possiderint aliquam rem Communem

12. Per Spatium alicujus temporis f. Tempora simpliciter prolata in duob. annis verificantur l. Usurae, ibi Gloss. Cod. de usuris.

13. Et si aliqua immiserit. Et q°. ædificans habeat communitatem in solo ædificato, ideò n. erat licitum socio propria authoritate ædificatum integraliter pertinet ad me, secus si ædificans habet communionem. Bart. in l. 1. §. Nunciatio ff. de Oper. Nov. Cons. 221. col. 2. in fin. Alex. et alii in d°. §. Nunciatio.

14. Tacere removeri. Sed si sciente, vidente, et patiente Dño Soli, seu habente communionem in solo, qd ædificatum fuit, castrens. Cons. 315. Ia. p°. quæstio in 358. Dub. lib. 2. Cravett. in Cons. 424. n°. 10. lib. 1.

Rub. 9ª

In Nonam Rubricam

De Reb., quæ concessæ tenentur in emphytheusim

An statutum istud habeat locum in emphytheusi ecclesiastica, vtr. qd n. per tradita per Abb. in Cap. Sta Mariæ col. 2. vers. Et ex his dicere contra de Const. Conc. Cons. 271. lib. 3.

Statutum hoc n. videtur valere, quin immò si hoc per rescriptum Papa disponeret n. erit attendendum. Bald. in l. si a te, col. 11. 10. Not. Cod. de Pact. inter empt. et vend. dom. meus Marian. Soc. in Cons. 186. vij. col. 1. lib. 2.

15. Habebit filius, vel filia sf. dispositio ista, licet de emphytheusi ecclesiastica valeat, et teneat, q°. statutum n. disponit de re ecclesiæ, sed de utili dominio, qd est laicorum.

Pet. de Anc. Cons. 125. Col. Per. Andr. Bon. in Cons. 14. scribit per tota Col. Sin. lib. 1. Socc. Iun. in Cons. 71. No. 13. et No. 35. lib. 1. in quibus locis vide.

18. Loco Masculorum habere filias f. Adverte, quod licet regulariter opus emphytheusis esset concessa pro foeminis, et Masculis insimul succedant tamen in Civitate nostra per Statut. supra de Success. Mul. f. Donde stat Masculus non succedit foemina. Bart. in L. Iusiurandum §. Si liberi col. pen. Cod. de Oper. lib. cum adduct. per Socc. Cons. Si visa Tri. Col. per cult. No. 36. lib. 4. Conc. Cons. 145. ad evidentiam Col. Sin. Paris. Cons. 14. No. 41. lib. 1.

19. Et si quis de 3tia f. De ista 3tia generatione vide per Bald. de rerum. in auth. si quas Cod. de Episc. et Cleric. quomodo intelligatur 3tia generatio per Specul. in tit. de Locat. et per Ias. in L. 4. Cod. de Iure emphyt. et finita 3tia generat. renovari debet successoribus, ut per Bart. in L. 1. §. permittitur ff. de aq. quo, et est ubi in apostolate, et per Noviss. Cod. 2. ff. de privil. cred., et aliis locis pluribus.

1 In Undecimam Rubricam
De Tutore, et Curatore dando Pupillis, vel
Adultis

Rub. 11.a Mater, quae vigore Statuti positi sub Rub. de Success. Mulier.

141v.

ab intestato existen. quibusdam Personis, ut ibi videtur dicas quod privetur à Tutela l. 2. ubi Bart. Cod. de leg. Tut. et quod deferatur per ordinem Successionis; adverte tamen, quia etiam quod Mater privetur Successione Filii, admittitur. Decis. Cons. 16. Iuli 18. lib. 1. in Cod. ex parte Col. 1. N.o 6. extat. de appel. in l. Eximius Col. 3. Vers. 7. ab Asto de Reg. Iur. Conc. Cons. 17. N.o 17. lib. 2. et Cons. 101. lib. 3. Thom. Grass. in Cons. 224. questio col. 2. in fine lib. 1. et Statutum disponens contra Ius Com. de Successione, non disponit de Tutela. Bald. Cons. 218. Statut. lib. 41. litigans; cum pupillis debent petere Tutorem dari Pupillis l. Divus §. Siquidem, ff. qui pet. Tut. et melius in Cad. quod dicit Cod. qui dant. Tut. poss. et in omni datione Tutoris idem, quod Mater est citanda, alias Datio non valeret, et vide omnino Bart. in l. Tutor: §. petiti de Tut. et Curat. datis ad his, ne esset concord. l. illud, ff. eo, et Inst. de Attil. Tut. per tot. sed non quod possit dari invito, dic, quod non nisi ad litem, et idem in Pupillo Inst. de Curat. §. Adolescens, et not. ff. de Minor. l. 1. §. Fin. ff.

In Duodecimam Rubricam
De Curatore dando illi, qui male facit facta
sua

Rub. 42.a

18. Malefecerit facta sua ff. Ipse dicitur Prodigus, quidem

jure dicit, qui non habet finem, nec modum, nec tempus expen=
sarum, sed bona sua dilaceratione, et dissipatione profundit:
l. 1. §. 1. ff. de Cur: Fur:, et non expendit ultra substantiam
suam citra necessitatem is: Con: V.o Ubi: Agn: post: Gloss. In auth:
ut deten: sit in Cler: lat: dec: Con: 214., seu 224. Col: 1.
prope finem.

19. Cora Potestate, Capitaneo &. sed dubitari potest, an requira=
tur citatio ejus, qui prodigus esse dicunt, et videtur, quod sic, quia Statu=
tum istud videtur intelligendum secundum Jus Com., secundum quod talis ratio=
ne necessaria est, ut predictum in Cod. Is, cui bonis, ff. de Verb:
Oblig. ubi late Ripa n.o 26. f.

20. Quæ petitio &. probat, quos maleficientes facta sua per
vulg. opin. Gloss. in l. 51. per ea Cod. Mand., et ibi per
Bald.

21. Pro plena sufficiat, et legittima &. et etiam de Iure
Consanguineis est adhybenda fides, si dicant, quos esse prodigum,
et eorum petitio est admittenda. Ubi. Cons. 54. ad quæsitum
lib. 1. Dec. Cons. 224. Col. 2. in princ.

Rub. 13.a In Tertia decima Rubrica

De Conductoribus Terrarum, et Vindanium //

Locator potest auferre rem locatam pro suis usibus, ut per Gloss. in
l. si uno §. 11. ff. locat. et l. 3. Cod. eo, et vide in Cap. 1. de

142v

Actio: per Innoc. in Cap. per q. ex loc:, et an Conductor possit præscribere contra Locatore, dic, qd n, etiam si per mille Annos tenerit. L. Nulli ff. de acqu: possess.
Nota ad Materia istius Statuti, qd invecta, et illata sunt tacite obligata pro pensione; L. Certi, Cod. Locati, fallit, si det fideiussorem. L. Sin. ff. quib: mod: pig: vel hypothec: solut: qd notabile est.

R 2. Molestare s. per hoc Vr: Casus in L. Siquis Conductnis Cod. Locat: sed si evincitur res conducta debet Conductor agere, ut Locator condamnetur ad præstand, qd liceat uti, et frui. L. Siquis domus ff. Loc: ubi Bald.

R 3. Conductores s. Conductor si fuerit deceptus ultra dimidium Iusti pretii potest uti remedio. L. 2. Cod. de rescinden vend: per textum in Ites si pretio, S. quemadmodum ff. Loc; et in L. q. eo tit: et per Socc:

R 4. Vendant s. concordat L. Ites si fundi, ff. de usufructu, et ibi Gloss.

R 5. De Interesse suo s. Vide circa hoc, qd not: in L. Si uno S. Cum quidam ff. Loc: et in L. Divortio, ff. solut: Matrim: et in L. 3. Cod. Loc.

R 6. Vendere s. An possit dare in dote, vel permutare vel aliomodo alienare credo, qd sic, quia appellatione venditionis omnis Contractus continetur; ut dicit Bald. in L. 11. Cod. de

rescin: vend:

27. et qd Ius Conductoris &c. Vide Alex: in l. Si Filio, §. Vir in quinquennium sol. 2. No. 3. Sol: Matr: qui aliqua dicit ad materia, et multu conferentia.

28. et liceat retinere &c. Vide circa qd Not. in l. Siu= no, §. Cu quidam, ff. loc: et per Bart. in l. divortio ff. sol: Matr: et in l. 3: Cod. loc:

Rub: 14.a In Quarta Decima Rubricam

De Laboratorib. Terrarum, et Vinearum.

An Locator possit agere, ut tn laboret, et dic, qd sic, ut l. Item si fundi, ff. de Usufr: et ibi per Gloss:

29. Ipsa parte in Campo &c. qd n dicit, quantu, dic, qd intelligit de medietate l. Nomen Filiaru ff. de Verb: Signif. Sed an Conductor debeat extrahere parte semi= nis, et sumptus, dic, qd n Cod: Iua Nob extradeduci per Innoc: et Iac: de Ar. in l. Fructus, ff. Solut: Matrim: et nota, qd fundus prsumit fructiarius more solito. l. Si fundus ff. de Leg: 1. et ibi Iac: de Ar.

Rub: 16.a In Sexta Decima Rubrica

De Nunciatione Novi Operis

Adde Iaffred: Decis: 496. licet in contraria, vide

Bart. in L. Si is, à quo in princ: ff. in poss: leg. ubi Gloss. et ibi Salic. Col. II. in 2. opp. Cod. eo Tit. et §. si Impedicti Col. 2. ea leg. in L. de Pupillo §. si cui, eo Tit.

Rub. 18. In Rubrica Decima Octava

De Relictis, et Ultimis Voluntatibus

30. Quinque Testess. Vide de hoc latissime in L. Jur. Cod. de Testam: ubi de materia, qui textus concordat cum isto Statuti Capto in Fines.

Rub. 20. In Vigesimam Rubricam

De Ratione reddenda per Tutores Pupillorum Pupillis

31. Nisi qd. Pupillis, et Adultiss. Id tamen non ita verum est, ut aliis fiat injustitia. Cod. ex tenore, extra de Foro Competen.

32. Etiam referre in Scriptiss. Circa hoc Statutum vide Bart. Socc. in Cons. Incipit, ut fas, Sanctaque Jura loquor, qd habeo manuscriptum, ubi in terminis hujus Statuti consuluerit, et multa ponit ad intellectum hujus Statuti, qd si duo ex istis Consanguineis duo dicant malè administrasse, et reddant rationem. Alii vero dicant oppositum, an stetur rationi duorum deponentium contra Tutorem, et dicatur satisfactum Statuto. Vide in d. Cons: et Caccialup. in

Cons. Incipit §. Scripsi post Cons. d. Soccin: qd. et habeo
Manuscriptu post: d. Cons: Socc:

ββ. et habeat pro legitimas: Hoc Statutu circa hoc
concordat cum Iure Cõi: Bart: in L. 2. Cod: de Iure
Fisci lib. 10. Arg. L. 2. Cod. de Usur. et Fruc: Leg: et
in isto Casu isti divisores debent reddere caussas scientiæ
etiam non interrogati, nam isti duo habent deponere vtr: Cu=
tores sic, et sic administrasse, qd sensu corporeo percipi po=
test; Itm nunquid talis administratio est bona, vel mala
et hoc non percipitur, nisi Iudicio intellectus, sed ubi testes
deponunt super his, quæ judicio Intellectus percipiunt, non
probant, nisi rationem reddant per sensus corporeum, etia=
a si de ea non sint interrogati. Innoc: in Cap: cum Caus=
sa extra de test: Bart: in L. solas, Cod. eodem.

Rub. 25.ª

In Vigesimam Quintam Rubricam
De in Ius vocando, et qualiter debeant fieri Citationes

34. Prohybentes &. Vide de materia ista in L. Nemo, Cod. de
Iurisd: omn: Iudic: Itm nota, qd non possit quis coram diversis
Iudicibus pro eodem citari L. Ubi ceptum, ff. de Iudic: et Bart.
dicit, qd Citatus coram uno Iudice, si comparet, non potest citari
coram aliquo, alias sic, quæ etiam notatu dignum ad limit: hujus

Statuti, et certè hoc idest dicit Cin: in l. Nulli, Cod. de Iudic., et qui contra facit perdit eas in Tit. de rescript. §. versus quod si super diversis, et idque vide Specul. in Tit. de Expen: §. Sin autem versic. 10. adducto, et in Tit. de actore vers. Idem, si super pluribus, circa hoc vide Bald. in l. Nemo Cod. de Iurisdic: omn: Iudic: et per Bart. in l. Uni, ff. de off: Cons: et ratio est, quia non debet dividi continentia caussæ. facit l. Nulli. Item, si unus Notarius scribat in una caussa alius non potest scribere, ut in Auth. Iudex, Cod. de episc: et Cler: et per Bart: in l. Quisquis de Sport.

Rub: 29ª.

In Vigesima Nona Rubrica De Executione Instrumentorum

35. Præceptum Quarantigiæ etc. Quarantigia quid sit vide Bart: in l. Possessio, §. Et si possessio alias, §. Si possessio, nº 3. ff. de acquir: possess. et est observantia alicui injuncta per mandatum Tabellionis, qui dicitur Iudex ordinarius, ut per Bart. in l. pen. Col. 2. in 3. not. Cod. fidejuss. et circa modum procedendi vide huomi Instri; vide Rom. Cons. 433. in proposito casu per tot: ubi plenè vide Oldrad. in Cons. 301. Breves versus ultº nº 6. ubi in contrarium tenere adde Rom. Cons. 76. Bald. Cons. 22. l. 2. in fine Consilii.

38. Pura, et liquida etc. Comprehenditur etiam debitum conditionale

purificatus, licet simus in materia scientissime impetranda, ut per Angel: in L. Sin. §. Filius ff. de Vulg. et Pupill: ubi Alex: et Jason sequuntur, et per Paris: Cons. 82. No. 65. Lib. 1.

37. Executioni mandari ff. An Statutum hoc loquens de executione facienda contra debitores procedat Con: Haeredes debitoris, dic qd sic; ut per Alex in Cons. 118. attentis col: pen: post: med: lib. 6o.

38. In Personas. Sed an electa via executiva persona, si possit ad aliam viam realem recurrere, dic quod sic, ut per Reguisant: in Tract. de Pign: in ult. q. ult. e parte, vers. postremo, et ubi per eum, et adde dec: in Cons: 75. praestantissime docet in princ: Lib. 1.

39. Pt. Creditores. Locum habet Statutum istud etiam in eo, cui cessum est Creditum, qui sicut ad Instantiam ipsius partis Creditoris exequi, pt. Instrum, ita etiam ad Instantiam Cessionarii. Bald. in L. 1. ff. si cert. Pet. Rom. Cons. 38. 1 dub.

40. Nullas. Opponi tn potest, qd Instrum non est Instrum, nec est legitime factum; ut per Aict. in §. Plane in princ: Instit: de Milit: Test. Item opponi potest exceptio proveniens ex capite Instri. Aim: Cons: 211. an q. Col: 2. Lib. 2. Poterit etiam opponi exceptio implemti. non secuti,

145v

quod semper opponi potest. Cor: in Cons. 79. circa 1. Col. 3. No. 5. Lib. 1. Item possit opponi id, per quod ipso Iure sit sublata actio, ut per Jas. in Cons. 7. Lib. 1. Item possit excepti: o opponi contra illius executionem, et ad illam impediendam. Item possit implorari Officium Iudicis; ut late per Jason. d.o Cons. 7. per tot:.

41. Et quatuor s. ultra istas possunt etiam opponi similes exceptiones, etiam si per dictum Stum loquendo. Aim. Cons. 1. Col. 7. circa fine Vers. Non obstat, Lib. 2.

42. Stante isto Statuto non possit opponi, quod Instrum. est sine caussa Bald. in l. Si caussa, Cod. de Execut. Rei Iudic. in fine Col. Vers. Quia modo quaeso de alia. Alex. Cons. 4. Col. Penult. in fine, et seq. in Princ. Lib. 1.

43. Hoc Statutum prohybens exceptiones opponi an valeat dic, quod sic; per Aimon: Crav: in Cons. 1. Col. 17. No. 6. Vers. quo praesupposito, Lib. 2.

44. Et quod exceptio Usuraria possit opponi, et probetur s. quo modo probatur, quod esse usurarium A. l. d. per. in Cons. 243. ma Col. 3. in fine Lib. 2.

Rub. 31.o In Trigesima Prima Rubrica

De Feriis, et diebus Feriatis

45. Et in singulis dilationibus s. Adde, quod omnis dilatio probatoria

dicitur esse praeceptoria, etiamsi non dicatur. Bart: in l. si finita
Col. 3. No. 19. ff. de Damn. Infect:.

Rub. 33a. In Trigesima Tertia Rubrica

De Summariis, et extraordinariis Cognitionibus.

46. Summarie, et extraordinarie &c. In huiusmodi caussis non requiritur
litis contestatio: Alex. Cons. 181. Col. 2. Lib. 6.
Sed adverte, quia Clem: Saepe, et Bart: in quibus se fundat
Alex: in d. Cons. loquuntur quando in caussa &c. sine figura Iudicii,
quo casu tantum procedant dicta, secus quando summarie, prout hic &c.
tali casu videtur, quod requiratur litis contestatio. Ita Bart. in Tract.
ad reprimendum in Vers. Summarie, ut Cori per eu Bald. Cons.
292. Lib. 1.

Rub. 35a. In Trigesima Quinta Rubrica

De Officio Iudicis Dni Capitanei.

47. quod Milites Potestatis. Adde, quod hodie Milites Potestatis habet Tri-
bunal suum de per se illud tamen non exercet Notarius tamen nomine
licet d. Militis ipsius tamen Iurisdictio non se extendit ultra Sum-
mam quatuor Florenorum, sed pone quod quis sit Creditor alicu-
jus in Florenis 20. an poterit summam dividere, et minuta-
tim agere ad summam dictorum quatuor Florenorum videtur quod sic,
ut per Bart: in l. Incommodato, §. duobus, Col. 2. ff.
Commod.

146v

Rub. 36a. In Trigesima Sexta Rubrica

De Appellationib. et Petitione Consilii Sapientis

48. et si contingat sententia confirmari: à sententia confirmatoria primo non possit appellari; et isto casu quomodo sint partes Iudicis in Bna Inst.o vide Paul. de Castro Con. 404. in specie casu Col. 1. Lib. 2. vide ad Statutu istud, quod ponit Dec. Cons. 383. etiamquod quod ponit Rosald. à Valle Cons. 29. Lib. 1. et alias declarationes, ut Statutu haberet locu quoad impediendum effectum executivum, non autem devolutivum. Vide ad hoc Socc. Iun. Cons. 18. Lib. 1. Aim. Cons. 183. Gabr. de exec. rei Iudic: Ronch: 1.o N.o 5. f.

Rub. 39a. In Trigesima Nona Rubrica

De Arbitris recipiendis, et Modo servando per eos

49. Res cupientes: An Statutu hoc comprehendat minores, dic, quod non, ut per Alex: Cons. 62. in causa, et lite Col. 3. N.o 17. Lib. 7. et Cons. Rin: Col. 1. in fine Lib. 6. contrarium vult Blanc: In Tract. de Compromiss. 3. 9. N.o 39.

50. Inter Conjunctos: 53. etiam si vertatur dubium, an caussa sit compromittenda, puta, quando dubitatur, an litigantes sint affines, hoc etiam est compromittendum. Bart. in L: si quis in conscribendo Cod. de Pac: Cepa. in Con. 10. Col. 2. in Criminalib.

51. Omnes Scandalis: Ista ratione tale Statutu cum publicam utilitatem respiciat, dicitur favorabile, ut per Alex:

Jason. et alios in l. qui se Patris C. ud. lib. Socc. Idem Marian. Senex in Cons. 4. visis actis in fin. Socc. Iun: in Cons. 13. No. 25. lib. 1.

52. Et litius materiam amputare f. Ex forma hujus Statuti causa tota debet compromitti, quod causa decidatur, quia ista est ratio Statuti quia lites finiantur. Dec. in Cons. 22. Col. 1. post princ: ad quod etiam vide Bald. in l. veluti, S. Hæc vox ff. de edendo. et in l. 1. Col. 5. Cod. de his, qui pren, No. 1.

53. Aliqua Lis f. Non procedit, quod est Lis, seu Quæstio Iuris tm, ut dixi, in sequenti Capto in princ: ubi vide. Item non procedit, quando contra petitionem obstat exceptio litis finitæ, tunc enim non habet locum istud Statutum. Bald. in l. fin: Cod. de transact. Corn. Cons. 95. quoniam primis: Col. 2. lib. 4. de quo vide Succin: Iun: Cons. 24. Col. 4. Vers. ad 2dum lib. 1.

54. Usque in 3tium Gradum f. An Gradus iste computari debeat 2dum Ius Canon: an vero 2dum Ius Civile vide Paul. de Castro in Cons. 50. lib. 1. Corn. Cons. 92. No. 3. lib. 3.

55. Et intelligatur etiam f. Circa hoc vide omnino Alex: Cons. 207. ponderatis verbis lib. 6. a quo ferè habuit omnia, quæ ponit Blan. in suo Tract. de Compromiss. in 3. q. Vers. Spon: sam, et in verb. Soluto Matrim: Marant: in suo pract. 2. actio post litem contestatam.

1470

56. Ante finitu terminu ff. si n' esent ista ver: post datu terminu ad probandu n' admitterent talis petio compromissi st. ff. licet d. l. 85. de Cod Regia.

57. Vel plures ff. An unus arbiter possit vices suas alteri Coarbitro committere dic qd n', ut per Bulg. Cons. 144. syndici Col. 1. l. 2. et pluribus electis unus n' potest procedere sine alio ff. si in his ff. de Arbitr: et uno mortuo n' possunt alii se intromittere in caussa l. penult. de Offic. Deleg.

58. de Iures Quidoperetur alia Clausula consueta apponi in compromissis, vlt: cum potestate procedendi in scriptis, et sine scriptis. Vide Bart. in Auth: nisi breviores Cod. de sent. ex peric: recit: et Rom: sing. si qd operetur.

59. de Facto ff. ex ista Clausula, et illius vigore arbiter potest recipere probationes n' planas, sed persuasivas, et potest secundu ejus conscientiam judicare. Bald. in l. solum in st. C. de test. Bert. Cons. 127. in caussa Dno ante Col. 2. Dec. Cons. 178. in finalibus verbis.

anche de' Revdmi Cardinali, Camerlingo della S. Chiesa, Uditori di Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpetrare in contrario: dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemte, o ignorantemte fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contra la forma, e disposizione della presente Cedola di moto proprio. Nonostante la Bolla di Pio IV. Nostro Predecessore, // de registrandis // la regola della Nostra Cancelleria // de iure quæsito non tollendo // e non ostanti ancora qualsisieno ordinazioni, Brevi, e Costituzioni Apostoliche, Stili, Usi, Consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario: alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, supplendo colla pienezza della nostra Podestà Pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa volta sola; e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente nostra Cedola di Moto Proprio ampiamte ed in ogni più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo di Monte Cavallo questo dì 27. 9mbre 1761. //

Clemens Papa XIII.

Sommario

Vostra Santità si degna di risolvere, che non compete ai Governatori di Perugia di esercitare il Diritto di Segnatura, proibendo loro di conoscere le Cause di Appellazioni, tanto rispetto alle Sentenze de' Tribunali ecclesiastici, come a quelle de' Tribunali laici, aderendo anche al sentimento di tre Prelati, che la Santità Vostra credette di deputare, perchè esaminassero un tale Articolo, e ne riferissero poi il loro Parere: Colle deroghe, Dichiarazioni, e altro più diffusamente espresso nella presente Cedola di Moto proprio

Die prima Octobris 1761.

Illmus, et Revdmus Dnus Andreas Nigronus SSmi Dni Nri Clementis Divina Providentia Papæ XIII. feliciter regnantis Auditor ad effectus in actis mei Infrascripti Notarii ad perpetuam rei Memoriam asservandi, et in Protocollo alligandi, mihi ... dicto Notario tradidit, et Consignavit Cedulam Originalem Motus proprii propria Manu ipsius Sanctitatis suæ die 27. mox elapsi Mensis Septembris subsignatam, in qua prælaudatus SSmus motu suo proprio, certa scientia, et de suæ Supremæ Potestatis plenitudine statuit, et declarat, non competere Illmis Dnis Gubernatoribus Perusiæ exercere Ius Signaturæ, eis interdicendo cognoscere caussas Appellationum, tam quoad Sententias Tribunalium

170v

Tribunalium Ecclesiasticorum, nec quoad Sententias Tribunalium Laicorum, et prout supius videre est in ipsa Cedula Motus proprii tenoris etc.

Super quibus etc.

Placentinus de Montibus A. C. ac Illmi, et Revdmi Dni Auditoris Ill.mi Notarius

Brevia, Constitutiones, Indulta, Decretaque de Benignitate Apostolica à Romanis Pontificibus, à Cardinalibus à Latere Legatis, et ab aliis Potestatem habentibus Communi, et Civitati Belgindi gratiose concessa, cum quibus confirmantur, ampliantur, et declarantur Statuta, Reformationes, et Privilegia Communis, et Civitatis, prout sequitur, videlicet

// Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei // Memoriam. //

//Bulla Urbani VIII. prò manutentione secreti Viginti de Numero. //

Constantis Fidei, et Devotionis affectus, quo Dilecti Filij, Communitas, et Homines Civitatis nostræ Fulginaten. Nos, et Romanam reverenter Ecclesiam promerentur, ut illis reddamur ad gratiam Liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt iidem Communitas, et Homines, qd quodam inter alia ejusdem Civitatis Statuto in Rubrica // de Præfectura Viginti Virorum // cavetur expresse, ut ea omnia, quæ pro Justitiæ Servitio tractantur, secreto teneri, et Censuræ in eos, qui tractata hujusmodi palam facerent et Nutibus, impetrari debeant, et alias desuper ad effectum præmissum excomunicationis pœna Auctoritate Apostolica irrogata fuit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, à certo tempore citra excomunicatio hujusmodi, seu illius inflictio occultata fuerit, ac ut gravissima negotia, quæ in eadem Præfectura pro Quiete, felicique Statu ejusdem Civitatis tractantur, necesse sit in præmissis per Nos de novo opportune provideri; Iccirco Justitiæ, et Pacis Conservationi in eadem Civitate consulere, et in præmissis delinquentes debitis pœnis coercere cupientes, eosdemque Communitatem, et Homines specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et à quibusvis excomunicationis, suspensionis,

//Rubrica hæc apparet Cap. 44 et Censura a tergo //

et

171

et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœ=
nis à Jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel caussa latis
quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum prætium
duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos
fore censentes. Supplicationibus illorum nomine nobis su=
per hoc humiliter porrectis inclinati; Omnibus, et Singulis
de Numero Viginti Virorum ejusdem Civitatis nunc, et pro
tempore existentium ne de cætero ea, quæ in dicta Præfe=
ctura pro servitio Justitiæ, ac quiete, prosperoque Statu ejusdem
Civitatis tractata fuerint, tractarique contigerit quoquo modo quæ=
vis personæ etiam nutu, aut alio quovis modo revelare, et pa=
lam facere ullatenus unquam possint, audeant, seu præsu=
mant sub excomunicationis Majoris pœna eo ipso absque ulla
alia declaratione per Contrafacientes incurrenda Apostolica Aucto=
ritate tenore præsentium interdicimus, et prohybemus. Non obstan=
tibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Civi=
tatis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir=
mitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque con=
trariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum
Sub Anulo Piscatoris. Die 26. Septembris 1643. Ponti=
ficatus Nostri Anno Vigesimo Primo. M. A. Maraldus

V. Butaronus Can. et Sec.

// In Nomine Domini. Amen. Hæc est Copia, Sumptum, sive Transumptum cujusdam Brevis Apostholici Confirmatorij Statuti, et Privilegiorum Civitatis Fulgindi Sanctæ Memoriæ Pii P.P. II. existens in Secretaria Priorali nræ Civitatis in Solita Capsa, Tenoris seq.tis videlicet //

Breve Pii II. quo confirmat Statuta, Privilegia. 1458.

// Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis, Prioribus, et Communi Civitatis nostræ Fulginat. Salutem, et Aplicam Benedictionem. //

Spectata Fidelitatis, et Devotionis sinceritas, quam Nobis et Sedi Aplicæ Pacis, et Belli temporibus constanter exhybuistis, et in dies ferventius exhibere gaudetis promeretur, ut petitionibus vestris gratiosum præbeamus assensum, et ea Vobis concedamus, per quæ in nostra et dictæ Sedis fidelitate perseverare, et bonam dispositionem nostram augere valeatis, hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati omnia, et singula ordinationes, Reformationes, et Statuta vestra, necnon Privilegia, Indulta, Immunitates, exemptiones, Gratias, Concessiones, ac Jura quæcunque Vobis a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, vel Sedis Apostolicæ Legatis, et

aliis

aliis quibuscunque ab eisdem potestatem habentibus in specie, vel ingenere quovis modo concessa illorum omnium tenores praesentibus pro expressis habentes Auctoritate Apostolica prout hactenus sunt observata approbamus, et confirmamus, ac praesentis scripti Patrocinio communimus, supplentes omnes, et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et insuper volumus, quod pro duobus Annis proxime futuris de Introitibus sive de Gabbella Macinatus Communitatis Nostrae Fulginaten. medietate Anno quolibet, quas vobis tenore praesentium remittimus, et donamus, habeatis, mandantes Dilecto Filio Thesaurario nostro praesenti nunc, et pro tempore existenti, ut medietatem Introitus praemissi pro dictis duobus Annis vobis libere sine aliqua contradictione recipere, et habere permittat. Et quia pro reparatione Murorum dictae Civitatis, et pro aliis ejusdem munitionibus nonnullas pecuniarum quantitates per vos de Adventu Comitis Jacobi Piccinini suspicantes expositas fuisse intelleximus, volumus, et eidem Thesaurario per praesentes mandamus, quod habita informatione de pecuniis in usus hujusmodi sic expositis

usque

usque ad summam Ducentorum, et Quinquaginta Ducatorum Auri de Camera vobis libere remittat, atque donet, quos in suis Computis poni, et admitti tenore presentium volumus, et mandamus. Ceterum, et deinceps ad Officia Custodiæ, et Damnorum datorum præfatæ Civitatis duas, vel tres idoneas Personas pro quolibet dd.rum Officiorum, quæ sint de Remis ecclesiæ, et quam Una per Nos ad Officia præmissa divisim exercenda, prout tempus Concessionis Uniusque venerit debeat confirmari perpetuo Nominare, et eligere possitis, vobis tenore pro concedimus, et etiam indulgemus, decernentes, quod Officium ipsum Damnorum datorum de cetero omnimode cum sit quoad honores, onera, emolumenta, salaria, et utilitates omnes, et pro vobis ad libitum vestrum per Officiales a vobis eligendos, et a Nobis, ut præfertur, confirmandos perpetuo exerceatur, et administretur, ita quod Camera nullum de hoc gravamen sentiat, aut emolumentum. Vobis etiam concedentes, ut Castellani Arcis, et Fortelitiorum territorii d.æ Civitatis

173.v

Civitatis de Bussolo secundum ordinem Vestrum extrahantur. Praeterea ne Vos per dispendia distrahi contingat eisdem Auctoritate nostra, et perpetuo Constitutione edicto statuimus, et ordinamus, Vobisque concedimus, ut primarum, et secundarum Caussarum etiam actu pendentium, et quae in posterum pro tempore in dicta Civitate, vel in ejus districtu agitari contingerit plenariam, et omnimodam Civilium, et Criminalium, mixtimque cognitionem, et Jurisdictionem habeatis, prout hactenus habere consuevistis, ita quod nullus, nisi per Commissionem Apostolicam extra Civitatem praedictam, prout alii Summi Pontifices concessserunt de illis se quoquo modo contra hujusmodi nostrorum Statuti, ordinationis, voluntatis, et Concessionis tenorem intromittere audeat, vel praesumat, inhibentes districtius, ne Gubernator, Potestas, et Officiales pro Caussis praemissis, etiam si commissariae essent, praesertim per Delegationem Apostolicam Sportulas aliquas ullo modo exigere possint, aut debeant. Denique auctoritate volumus, statuimus, et ordinamus, ut nullus Officialis ad aliquod Officium in dicta Civitate

per Nos

per Nos, seu Sedes ptas deputatis, aut deputandis officium ptis per substitutum valeat quomodolibet exercere, decernentes irritus, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctte sciens, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, ceterisque Contrariis quibuscunque. Vos autem in nostra, et Sedis ptae fidelitate, et devotione ita laudabiliter, et constanter perseverare studeatis ut ad ampliora Vobis concedenda magis meritis inducamur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nrae Approbationis, Confirmationis, Communitionis, Supplectionis, Voluntatis, Remissionis, Donationis, Mti Concessionis, Constitutionis, Statuti, Ordinationis, et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit Indignationem Omnipotentis Dei, et B.B. Petri, et Paulli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incharnationis Dominicae Millesimo Quadringentesimo Quinquagessimo Octavo

1744 [?]

Octavo, Decimo Octavo Kalendas Octobris Pontus Nostri Anno Primo // G. Zollius //
// Loco + Plumbi Penduli //

Confirmatio Privilegiorum Communit. Fulgin. ab Emo Card. Joa. Vitelleschi Legato Papae Eugenii IV. in actu expulsionis Trinc. 1439. die vero 4. Septembris.

In Nomine Domini. Amen. Quia saepenumero accidit, quod Instra publica, et autentica Privilegia, aut vetustate contemnunt, et delent, vel mutatione temporum deficiunt, aut lacerantur sive aliter dispergunt in damnum, et praejudicium eorum, ad quos attinent. Idcirco noverint Universi et Singuli, tam Praesentes, quam Futuri, qualiter ego Petrus Infrus olim, et hinc recolendae memoriae Revmi in Christo Pris, et Dni Dni Joannis Cardinalis Florentini Aplicae Sedis Legati Secretarius Mandato Dominationis suae in Reductione Communis hujus Civitatis Fulginii ad obedientiam, et gremium Ecclesiae, cui pro parte ipsorum productae, et exhibitae fuissent coram praefato Dno Legato petitiones nonnullae Bullam confeci manu mea propria scripta suoque sygillo pendente cum cordono

Cordono Sirici rubei, quo in hujusmodi Scripturis utebatur sygillatum tenoris et continentiæ de verbo ad verbum subsequentis in hunc modum videlicet // // Joannes miseratione divina tituli S. Laurentii in Lucinam Presbiter S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, in Provinciis Patrimonii Beati Petri in Thuscia, Campaniæ, Marittimæ, necnon Ducatu Spoletano, et in Alma Urbe Specialis Commissionis, et Arnulphonem demis ac sociis item Aplicæ Sedis Legatus / Dilectissimo Stris Spectabilibus, et egregiis Viris Communi, et Hominibus Civitatis Fulginei Salutem in Domino sempiternam. Inestabilis Aplicæ Sedis Clementia fidelibus singulis semper se exhybet gratiosam, illis præsertim, qui vero piæ devotionis zelo dejectis tyramnorum voluntatibus pravis ad Ecclesiasticæ obedientiæ gremium redierunt, quod in vobis vera experientia didicimus, qui cum diu jam sub infesta et immani tyrannide scelestissimæ domus de Trincis fueritis occæcati, mera fidelitatis vestræ erga Ssmum Dnum Nrum, et Ecclesiam integritate, ac naturali quodam Ecclesiasticæ devotionis instincte excitati, Sacrosantam Romanam Ecclesiam convocastis, ut ejus dulcedine complexi a prædictis oppressionibus possetis relevari, et in sorti summorum

Pontificum

175v

Pectore confoveri; Petitiones idcirco infrascriptas par=
te vestra coram Nobis exhybitas easdem verbo ad
verbum, prout petitæ fuerunt, et expositæ auctho=
ritate Nobis ab Aplica Sede concessa duximus
acceptandas, ut in cujuslibet ipsarum fine mani=
festè declaratur. Tenor quarum fuit, et est, ut
sequitur. In primis cum non vitio dicti Commu=
nis, et singularium Personarum ipsius, sed ex permis=
sione Tyrannorum de Trincis, qui dictam Civi=
tatem suis malis moribus corrupserunt nonnunquam
ad illicita prorumperint, dignetur V. ipsum Com=
mune, et speciales Personas ejusdem Incolas, et
habitatores Civitatis Fulginij, suique Comitatus tam Eccle=
siasticos, quam Sæculares ab omnibus, et singulis
Rebellionibus, Maleficiis, excessibus, delictis, omni=
bus culpis, et aliis usque in præsentem diem quo=
modocunque, et qualitercunque commissis, et perpe=
tratis, etiamsi saperent Crimen læsæ Majestatis,
et ab omni pœna tam Ecclica quam mundana
in quam iddo, et propter præmissa incurrissent
aucte Sue Legationis absolvere, et liberare, si=
bique, et eis Remissionem facere gratiosam; ita quod
nullo unquam tempore dictis ex caussis, vel aliqua earum,
dependentibusque

dependentibusque, et emergentibus ab eisdem mo=
lestari et inquietari possint ab aliquo Officiale
realiter, aut personaliter vel quovis alio modo. //
Placet et concedimus.

// Item confirmare, et pro confirmatis habere, et decer=
nere omnia, et singula Statuta Privilegia, Or=
dinamenta ac Reformationes dicti Comunis, ac eidem
Comuni licentiam, et facultatem impartiri de novo
statuendi, condendi, et ordinandi pro bono statu,
ac regimine dictae Civitatis, Communis, et singularium
Personarum ipsius, et cum honore, ac statu Dni tri
et Ecclesiae, salva semper, et reservata ecclesiastica
libertate. // Concedimus // Item dignetur V. S.
d. Civitatem cum ejus territorio, districtu, ac Comitatu
conservare, et manutenere in sanctissima libertate Ec=
clesiae, nec alicui subjicere quoquo modo, cum in=
tendant Comune, et homines antedicti se regere,
ac tenere sub Obedientia semper Ecclesiae Sum=
morum Pontificum, ac V. S., et aliorum Officia=
lium Ecclesiae per dictos Commune eligendorum. Con=
cedimus libentissime. // Item dd. Communi et Homi=
nibus V. S. concedere dignetur, ut pro ipsorum libito volun=
tatis eligere possint, et deputare, et ordinare temporibus
debitis

176v

Priores, Potestates, et quoscunque Officiales in d.a Civit.e deputari solitos, dummodo in ea Electione fienda includantur, et numerari possint tam Nobiles, et Doctores, et Alii cujusque status, gradus, et dignitatis de d.a Civit.e, ne appareat differentia Personarum // Concedimus de Prioribus, de Potestatibus Electionem faciant trium Virorum dignorum de Veris exlig, et Officiales Papae unum confirmabunt. // //

Item attentis dispendiis, et aliis incommodis, quae ex caussis Appellationum per alio devolvantur oriri et esse consueverunt, et attentis etiam Schandalis, quae ab ipsa occasione subsequuntur dignetur d.o Communi concedere, quod in Electionibus dd.rum Officialium faciendis d.m Commune possit Eligere, et deputare unum Judicem appellationum in Civitate ipsa, qui supradictas Caussas appellationum hujusmodi, quas a Potestate, et ejus Curia interponi contigerit audire possit, cognoscere, et definire, justitia mediante, et si a d.a Sententia contigerit appellari Priores, qui pro tempore fuerint, easdem caussas committere possint alicui, vel aliquibus partibus non suspectis producendis, et cognoscendis, ut supra, salva semper, et reservata Ecclesiae Libertate // Concedimus de Judice Appellationum, de tertio Appellationibus habeat locum jus Commune.

Item

Item dignetur eadem S. V., attentis tantis damnis, tam infra Civitatem, quam extra perpessis, et tyrannide, ac vexationibus, quibus nefanda domus de Trinciis semper usa est adversus d. Commune, et singulares Personas ipsius; quibus omnibus ita extenuati, et annihilati sunt facultatibus, rebus, et Bonis ut non habeant unde vivant d. Commune, et homines, pro eo tempore quo S. V. visum fuerit, et placebit a solutione, et gravamine subsidii, quo Camerae Aplicae tenentur annuatim de benignitate, et clementia eximere, et liberare, vel saltem de aliqua parte gratiam facere cum parati sint velut alii fideles, et devoti ecclesiae corpora, et Animas ipsorum pro statu d. ecclesiae ponere ut sic a praedd. illa quietati propter violentias. Attentis praedictis, quae Nobis incognita sunt concedimus, quod d. Commune, et singulares Personae ipsius de caetero solvere non teneantur, nec gravari possint in solutione subsidiorum nisi ad rationem ~~[illegible]~~ florenorum octingentorum anno quolibet. // Item, cum d. Communis, et singulares Personas ipsius culpa, aut defectu non concessa quod Camerae Aplicae Census, et subsidia soluta non sint, sed tyrannorum voragine dignetur S. V., si dnus Corradus de Trinciis de d. ex cassa Camerae teneretur, et teneatur dictum Commune,

177

et Homines tam Ecclesiasticos, quam Saeculares absolve-
re, et liberare, nec pro praedictis in posterum mole-
stentur // Concedimus item, ut dictae Communis, et Sin-
gularium Personarum ipsius fidelitas pro inexpugnabili
Arce reputari possit, et debeat dignetur praefata S. O.
Cassarum, et omne fortilitium appareus in Civit.
Fulginii demoliri, et in terram deijci facere, nec
permittere voluntate, et devotione dicti Communis et
Singularium Personarum ejusdem erga statum Ecclesiae
inspectis, quod in posterum, et ullo tempore nulla Arx,
Cittadella, vel aliud Fortilitium dictae Civitatis aedificetur //
// Concedimus // Item, cum nonnulla Castra, Villae,
ac Loca Comitatus, ac Districtus dictae Civitatis capta, et
occupata fuerint dignetur dicta S. O. dicto Communi cum Juri-
sdictionibus, ac tenimentis suis restituere, et resti-
tui facere, ac ea ad statum pristinum reponere,
et redintegrare, cum sit conveniens membra omnia
Capiti suo ~~[illegible]~~ cohaerere // Concedimus, quando
pacata erunt omnia //. Item, si Dnus Corradus
de Trinciis sua pertinacia, et Avaritia, vel alio
respectu non solvisset Potestati dictae Civitatis, vel al-
teri Officiali olim per eum, vel suos Praedecessores in dicta
Civitate

Civitate, dignetur V. V. concedere Gratiam, quod
Commune praedictum ad hujusmodi solutiones minime
teneatur, et adstringi possit. Neque illis talibus Officiis
Apostolicis concedi possint, et debeant dicta Commu-
te, et Homines dictae Civitatis, et si concessis extiterint
locum non habeant, sed pro non factis habeantur, et
nullae sint. Quin etiam occasione alicujus alte-
rius debiti contracti quomodocunque per dictum Dominum
Corradum, vel ejus Praedecessores, etiamsi dicti debitum sapere
vel Promissionis dotis factarum in quamcumque Personam Rel-
ligiosam vel Secularem quocunque nomine per praedictum
Dominum Corradum, et Praedecessores suos, vel alterius cujusvis
nomine, necnon si dicti debitum saperet modo aliquo
Restitutionem aliquam dotium, ad quam tenerentur
dictus Dominus Corradus et Praedecessores sui quomodocun-
que de omni, vel alter pro eis cuique Personae
extiterint obligati, non possit illa tenendis inquietari
molestari, vel vexari in Personis aut rebus, et su-
pribus suis Commune, seu Homines dictae Civitatis, Nam
alieno facto, et culpa detrimentum patiantur. Conten-
tamur. Item dignetur V. V. Creditoribus dicti Domini Corradi
satisfieri facere de rebus, et Bonis ipsiusmet Domini Corradi
quae penes aliquos fuerint inventa, sive Creditorum, sive
vel

178v

vel actiones ejusdem // Concedimus omnibus his, qui apparebunt veri Creditores // Item, ut pro habendis et substrahendis Pecuniis atque extorsionibus faciendis nonnulli Cives coacti fuerint, et compulsi a d.o D.no Conrado ad dandum et mutuandum certas Pecuniarum Quantitates, sive pro Subsidiis, sive aliis ex caussis et his mutuantibus fidejussiones per Commune praestitae fuerint, dignetur D. V. de Bonis ipsius Conradi ad Sedes suis satisfieri facere, et tam ipsos mutuantes, quam Fidejussores facere indemnes conservari // Concedimus, quod Justitia locum habeat, ut supra proxime in praecedenti Capitulo. //

Item, cum per d.m D.num Conradum et ejus Praedecessores extorta, capta, et ablata fuerint nonnulla Bona, tam Mobilia, quam Stabilia a nonnullis Civibus, et Comitativis ipsius postmodum, vel pro usu suo retinuit, vel in alium contulit quovis titulo, vel colore dignetur eadem D. V. concedere, quod d.m Commune, visa veritate, hujusmodi extorsiones sine aliquo litigio, aut expensis restitui, et assignari faciat, ac restituat, et assignet ipsorum Bonorum veris Dominis, ac Pronis // Concedimus, quod fiat Justitia summaria per Potestatem // Item, cum quamplures Venditiones, et Distractiones, Donationes, et Alienationes factae fuerint,

fuerint, et sint per Dnum Corradum de Trincijs, et Prædecessores suos, et per Commune Fulginii vel Syndacum ejus tempore dd. Tyrannorum diversis Personis, Collegijs, et Communibus tam Clericis, quam Secularibus dignetur V. S. ratas, gratas, et firmas habere, et haberi facere casu quo de Jure facta constant, et concessa, factas v. et concessas præter Justitiam, et bonos mores retractare, et annullare summarie, et sine aliquo strepitu, et figura Judicij veritate tantum facti inspecta // Concedimus. // Item dignetur concedere, quod Venditiones, et alienationes factæ per d. Dnum Corradum, vel Prædecessores suos de quibuscumque Domibus positis in Civitate Fulginei, vel Terra Mevaniæ quomodocumque, et qualitercumque exceptis Domibus Filiorum Benincasæ, et Dnæ Agnetis suæ Matris, et Petri Aldobrandini et hæredum olim Thomæ Petrutij de Fulgineo, et Filiorum q. Saxambuni Rainalducci, et Fratrum suorum, ac Dnæ Catherinæ Filiæ d. q. Saxambuni, quæ de facto fuerunt acceptæ de facto restituantur. // Non possumus concedere alienationes, fiat igitur justitia ad omnes alienationes, et venditiones factas, quæ in aliquorum præjudicium non vertantur, quod sint validæ contentamur. // Item Castrum et Territorium Aquæ Branchæ concedere d. Communi, et Hominibus V. S. dignetur in ipsorum Comitatum, vel saltem confirmare

179v

in eo gradu, in quo stat. Cum quasi semper ipsum Castrum, et Homines Aquae Branchae fuerint d. Civis Fulginii recommissi. // Fiat Justitia. // Item concedere in Territorium, et Comitatum Fulginii Vallem Lupini cum omnibus suis pertinentiis, vel saltem in viam recommendationis. // Contentamur, quod omnes Officiales, qui in d.a Valle deputabuntur, sint, et esse debeant de Fulginio. // Item concedere in Comitatum d.ae Civitatis Castrum Misani, Castrum Castri Boni, vel saltem in viam recommendationis. // Contentamur quod omnes Officiales, qui illuc accedent, sint de Fulginio, finito Officio potius. // Item dignetur d. V. restituere Dnum Abbatem Saxivivi ad ipsius Abbatiam, et ad omnia ipsius Abbatiae membra cum omnibus, et singulis Privilegiis tam Antiquis quam novis, et ad omnia pertinentia ipsius Abbatiae posita in quacumque Diocesi, et in quocumque Episcopatu per quemcumque detineantur cujuscumque Conditionis sit. // Mittat ad Abbatiam vel vadat, et omnia sibi restitui faciemus; Pro Juribus v.o d.ae Abbatiae habendis, et observandis favores nos pollicemur //

Item dignetur d. V. concedere, ac velle, quod quaecumque Bona mobilia, vel immobilia, quae quocumque tempore pervenerunt in d. Dnum

in d.s Dnus Corradus, vel Predecessores sui, vel Com
mune Civitatis Belgiindi, et quae per via Processus,
et condemnationis applicata fuerunt d.o Communi,
sive Camerae Civitatis Belg.ci, ad d.m Dnu Corradi, et
Predecessoru suoru firma sint, et n retractentur, et
super his in contrariu attentari n possit, cu delinquen
tiu Bona pro culpis ipsoru recte in Erariu Camerae
Communis veniant, ac exemplo, et correctio sint, ne
dum his, qui deliquerunt, sed metu poenae ipsorum alii
se abstineant a delictis. // Placet. // Item Auctte,
qua fungitur vigore suae Legationis Officij dignetur V. V. d.o
Communi licentiam, et arbitriu concedere, ut possit
cudere, et cudi facere in d.a Civit.e Belg.i Monetas
tam de Auro, qm de Argento, et cujuscumque existant me
talli: // Concedimus. // Ad horu igitur omniu Observationem
dicta Auctte, et ptium tenore Universis, et singulis
Rectoribus, Ptibus, Potestatibus, ac ceteris Offlibus d.e Civitatis
tam ecclicis, qm secularibus, et aliis omnibus ad quos per
tinet, vel pertinere poterit in futurum tam ptibus
qm futuris committimus, ac mandamus, qd praed.a oia,
et singula in omnibus, et per oia, prout jacent, et si
gnata sunt, atque concessa Vobis Communi, et Hominibus ante
dictis inviolabiliter observent, et faciant observare. In quantum
gratiam

gratia Dni Nri, et d.ae Sedis curam habuerint,
et ejus indignationem cupiunt evitare. Statutis,
Constitutionibus, Privilegiis, Ordinationibus, Reforma=
tionibus, et aliis in contrarium non obstantibus quibus=
cunque, etiam si talia forent, de quibus hic debe=
ret fieri mentio specialis; quorum tenores de
verbo ad verbum pntibus deberent inseri. Vos au=
tem paterna caritate monemus, et cohortamur,
ut Vallis pro Statu semper, et Honore Summorum
Pontificum, et Ecclie vos gerere studeatis, ut prae=
dicta tamquam benemerentibus concessa videantur. et
Sedes ipsa Aplica ad uberiores gratias in posterum
vobis concedendas inclinetur. In quorum omnium testi=
monium, et fidem pntes fieri per Petrum Lunensem
infrum Secretarium nrum, nrique, et Pontificali Sy=
gilli jussimus appensione communiri. Dat. in Cam=
po felici Dni nri, et Ecclie prope Fulginium in Habi=
tationibus Ecclie S. Mariae de Campo. vbi in Camera
superiori die duodecimo mensis Septembris 1439.
Indictne Secunda Pontus Ssmi in Xpto Patris et Dni nri
Dni Eugenij Papae Quarti Anno Nono.

Petrus Lunensis Secr. de mto attest.

// Ego idem Petrus q. Iois de Putomasiis de Sivezano, Lunensis Secr.

dile. pub. Aplica aucthe Not. suprascriptam Copiam Bullæ alias per me ut supra attestatus sum intro prælibati olim Rmi Dni Dni Joannis Cardinalis Florentini Aplicæ Sedis Legati confectæ, et concessæ introscriptis Communi, et Hominibus Fulgi. scripsi, et copiavi fideliter, et legaliter nihil addens, aut mi=nuens, quod formam mutet, vel variet intellectus nisi forte punctus, vel syllabam per errorem; sic Deus me adiuvet. In cujus rei testimonium et fidem signum meum apposui consuetum. Romæ in Habitationibus Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso die 2. Aprilis 1447. Ind. Xa. Pontus Smi in Xpto Pris, et Dni Nri Dni Nicco=lai Divina Providentia Papæ V. Anno Primo. Loco ✠ Signi d. Notarij.

Breve Niccolai Papæ V. prò Confir=matione Statutorum Civitatis Ful=ginei die 2. Aprilis 1447.

Niccolaus Papa V.

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Intellectis Oratoribus, et supplicationibus vestris inspectis, fidelitatem, et devotionem vestram erga nostrum, et Ecclesiæ statum commendamus, hortamurque ut in eisdem perseverare studeatis, prout abunde confidimus, et speramus. Statuta

181 v

Statuta denique vestra, Capitula, Exemptiones et Indulta quæcunque Vobis à Felicis Recordationis Eugenio Papa IV.° Prædecessore nostro, aut ab eo Potestatem habentibus usque in hodiernum diem concessa confirmamus, et præsentis nostri Scripti Patrocinio communimus, ac mandamus ab omnib. inviolabilit. observari. Cum hoc tamen, quod quantum ad factum Introitum Civitatis nræ spectat, id observet, et fiat, quod observabat, et fiebat tempore Obitus præfati Eugenii. Volentes, et harum serie Vobis de speciali gratia concedentes, qd de dictis Introitibus Trecentos Florenos singulo Anno usque ad Biennium à fine concessionis à Sede Aplica, sive Eius Legatis Vobis super hoc factæ computandum pro Reparatione Murorum dictæ Civitatis Recipere liberè valeatis. Et insuper omnes Introitus ex Macina, sive Molendinis vestris provenientes, cum oneribus tamen suis, pro ex cambio, et loco Centum et quinquaginta Florenorum Vob. pro extraordinariis Impensis, alias concessorum damus, concedimus, et assignamus, ut onera Vobis incumbentia commodius supperare possitis, et paterna Benevolentia, qua Vos complectimur, amplius innotescat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris Die 23. April. 1443. Pontificatus nri Anno Primo. P. de Noxeto

à tergo. Dilectis Filiis Prioribus Populi Civitatis nræ Fulginii.

Ex Lib. Reformat.num ab Anno 1447. ad 1450. Pag. 12. et ab Anno 1451. ad 1454. Pag. 156. à tergo f.

Breve obtentum ab Oratoribus nostris Prudentissimis Viris Mag. Honuphrio Mag. Petri, Michele Niccolai Piche, et Petro Marino Ioannis in Assumptione Ssmi Dni nri Dni Calisti Divina Providentia Papae III. die 8. Maij 1456.

Calistus Papa III.

Dilecti Filij Salutem, et Aplicam Benedictionem. Audivimus libenter ea, quae Nobis per Oratores vestros exposita fuerunt, vestramque Fidem, et Devotionem erga Nos, et Ecclesiae Statum Romanum plurimum commendantes, et Votis vestris annuere cupientes, Statuta, Reformationes, Indulta, Immunitates, Exemptiones, Gratias, Concessiones, Capitula, et Privilegia et Iura quaecunque Vobis tam à Sede Aplica quam Legatis ejusdem et à quibusvis alijs ab ipsa Sede Potestatem habentibus quovismodo concessa Auctoritate Aplica approbamus, et confirmamus, ac ptis Scripti Patrocinio communimus: Vobisque concedimus, ut Introitibus ipsius Civitatis remanentibus, prout consuetum est, pro expensis occurrentibus, et Reparationis Murorum dictae Civitatis Introitus Gabellae Macinatus habeatis, et qd Gubernator pro tempore existens in eadem Civitate Residentiam facere teneatur indulgemus. Intendentes nihilominus, qd Gubernator ipse, et Officiales d. Civitatis, etiam pro tempore existentes pro primis, et secundis caussis etiam Commissarij Sportulas aliquas exigere nullo modo debeant, neque possint. Prout per dilectum Filium nrum Dominicum Tit. Ssmae Crucis in Hyerusalem Presbiterum Cardinalem olim in Partibus illis praefatae Sedis Legatum ordinatum, seu, ut asseritis

dispositum

182v

concessum exhibit. Necnon, quod Cura, et Regimen Custodiae, et Gubernatio Arcium, Castrorum, et Fortilitiorum d[ictae] Civitatis, et sui Comitatus, ac Recommenditarum ejusdem ad vos spectent, et pertineant, prout dudum per Dilectum Filium nostrum Ludovicum tit. S. Laurentii in Damaso Presbyterum Cardinalem Camerarium Nostrum, Vobis, ut similiter asseritis fuit concessum. Et quod Locumtenentes, et alii Officiales dictae Civitatis pro tempore praeteriti, et qui pro tempore erunt, prout vestris ordo postulaverit, syndicentur, et syndicari debeant eadem auctoritate statuimus, et ordinamus, decernentes irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Vestra igitur Devotio ita continuo in Obedientia, et Devotione nostra, et Apostolicae Sedis perseverare laudabiliter, et constanter studeat, ut Nos in dies ad Majora vobis concedenda vestris meritis incitemur. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die Octava Maij 1456. Pontificatus nostri Anno Primo — Marcellus.

Ex Lib. Reform. ab Anno 1455. ad 1458. Pag. 23.

Approbatio Indultorum et Privileg. Comtis Bulg. a SSmo Dno nro Dno Paulo II. die 2 pma Octobris 1467.

Paulus Papa II.

Dilecti Filii salutem, et Aplicam Bene
dictionem. Sperantes, qd Nobis, et Sedi Aplicae
devoti, obedientes, et fideles eritis, inducimur, ut
Vos specialibus gratiis, et favoribus prosequamur. Ita
que omnia, et singula statuta vestra, Reforma
tiones, Ordinationes, necnon Privilegia, Gratias, Conces
siones, et Indulta Vobis, et Communitati vestrae per
Romanos Pontifices praedecessores nostros, et ab eis po
testatem habentes concessas, et concessa, illa vide
licet, quae justa, et rationabilia sunt, et contra
libertatem ecclicam non faciunt tenore praesentium appro
bamus, et Auctte Aplica confirmamus, prout hacte
nus laudabiliter observata extiterunt. Ceterum contenta
mus, et gratiose concedimus, ut Cives illi, qui jussu fel:
record. Pii immediate Praedecessoris nri relegati fue
runt, et eodem praedefuncto reversi sunt, libere, licite,
ac impune in dicta Civit. stare, et morare possint, prout
ante dictam relegationem poterant, absolventes eos Auctte Aplica
ab omni poena, quam propterea incurrissent. Insuper ut Moe
nia vestra commodius restaurare possitis ex introitibus
maturatis dictae nrae Civitatis Florenos ducentos de Camera
pro uno Anno prox. futuro a Data praesentium com
putando praedictis concurrentibus Vobis remittimus, et liberaliter
condonamus. Mandantes Thesaurario nro Perusino pnti, et pro
tempore

183

tempore existenti, quatenus, revisa ratione, quod dicti Ducenti Floreni in supradictis, et non alium usum convertantur, eos in vestris Computis admittat, prout Nos in suis admittimus per Præsentes. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris Die Prima Octobris 1464. Pontificatus Nostri Anno Primo. // L. Dathus //

ex Lib. Reform. ab Anno 1464. ad 1468. Pag. 98. t.

A tergo // Dilectis Filiis Communitati, et Hominibus Civitatis nostræ Fulginei //

// Sixtus P.P. IV. //

Bulla Sixti Quarti, qua confirm. Stat. sub Die 1. Aprilis 1471.

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Spectata vestræ Devotionis Integritas, Fideique Constantia quas ad Statum S. Romanæ Ecclesiæ semper gessistis, merito nos inducunt, ut vestras Petitiones favorabiliter ad exauditionis Gratiam perducamus. Itaque omnia, et singula Statuta vestra, Reformationes, Ordinationes, nec non Privilegia, Concessiones, Gratias, Immunitates, exemptiones, atque Indulta Vobis, et Communitati vestræ hacthenus per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, Apostolicos, vel Legatos, aut ab eis facultatem habentes concessas, sive concessa

Illas

illas videlicet, et illa, quæ justa, et rationabilia sunt et in præjudicium ecclesiasticæ libertatis non tendunt. Tenore præsentium approbamus, et aucthe. Aplica confirmamus; Prout hacthenus laudabiliter observata fuerunt. Insuper ut Muros istius nostræ Civitatis commodius instaurare valeatis, concedimus vobis, donamus, et elargimur ducentos florenos Auri Cameræ super Gabbella Macinatus dictæ Civitatis in reparationem Murorum ipsorum, et non in alium usum utile convertendos. Mandantes Thesaurario nostro, ad quem spectat, quathenus revisa ratione, qd hujusmodi ducenti florenj in usum præfatum concessi fuerint, eos in vestris Computis admittat; Prout et Nos eos suis admittimus per præsentes. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die Prima Octobris 1471. Pontificatus Nri Anno Primo. //

// L. dathus //

Registrat. in Lib. Registr. ab Anno 1468. ad 1488. Pag. 15. à tergo.

184

Bulla Alexandri Sexti, qua firmat Stat. Ptã Bñ Imbrij 1492.

Alexander PP. VI.

Dilecti Filii Salutem, et Aplicam Benedictionem. Sinceræ Dilectionis affectus, ac Fidei constantia, quam ad nostrum, et S. Romanæ Ecclesiæ Statum geritis, Nos meritò inducunt, ut Petitionibus Vestris, quantum in Deo licet, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod Nos omnia, et singula Statuta, Reformationes, Capitula, et Privilegia vestra, ac Immunitates, Exemptiones, Gratias, et Indulta Vobis, et Communitati Vestræ per Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessos, et concessa, quatenus justa, et Rationabilia, ac in usu sint, et contrà Eclicam Libertatem non tendant, Aplica Aucthe tenore Ptium approbamus, et confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata fuerunt. Prætereà, ut Statui, et Commoditatibus vestris salubrius consulatur, volumus, et tenore Ptium decernimus, ut liceat Vobis deinceps eligere Judicem ad Caussas Appellationum, qui juxta morem antiquum in ista Civitate vestra Residentias facere, Salariumque, et Emolumenta consueta percipere, ac Instantias secundus formam Statutorum Municipalium servare, necnon Syndicatui stare, prout ex Indulto isti Communitati conceditur, teneatur, non obstante, quod Salarium dicti Judicis Auditori Gubernatoris hactenus extiterit applicatum; Cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub

H.

Annulo

annulo Piscatoris Die 12. Septembris 1492. Pontificatus nostri Anno Primo. L. Crothon. //
Dilectis filiis Prioribus Populi, et Communi Civitatis nostræ Fulginei //

Ex Lib. Regist. ab Anno 1484. ad 1510. Pag. 63.

Julius PP. II.

Bulla Julii II. qua approb., et confirm. Statt. Reform. et die 21. Xmbris 1503.

Dilecti Filii Salutem, et Aplicam Benedictionem. Inducimus singulari gratia in Nos, et Sedem Aplicam devotione, ac fide, ut ea Vobis pleno concedamus affectu, qd vestris Commoditatibus conspicimus opportuna. Quocirca omnes, et singulas gratias, Concessiones, Immunitates, et Privilegia, ac Indulta quæcumque per Romanos Pontifices Prædecessores nostros Aplicæ Sedis Legatos aut ab eis facultatem habentibus Vobis concessas, et concessa; Nec non Statuta, et Reformationes vestras, dummodo justa, et rationabilia sint, et in præjudicium Eclicæ Libertatis non tendant. Tenore præsentium approbamus, et Auctte Aplicâ confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata fuerunt; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris Die 21. Decembris 1503. Pontus Nri Anno Primo. //

1. Sygismundus. // Dilectis Filiis Prioribus Populi, et Communi Civitatis nostræ Fulginei //

185v

Bulla de Causs. et Civil. et Crim. cognos. in prima, et secunda Instantia in Civit. Fulg. de 16. Maii 1568.

Pius Papa V.

Ad futuram rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Communitas, et Homines Civitatis nostrae Fulginei, quod alias fel. recor. Paulus Papa tertius Praedecessor Noster ex certis caussis animum suum moventibus Statuta antiqua ipsius Civitatis caussarum civilium, et criminalium cognitionem concernentia confirmando, quod omnes, et singulae civiles, et criminales Caussae in prima, et secunda instantiis in ipsa Civitate cognoscerentur, ita tamen, quod pro tempore existens in nostris tunc suis Civitate Perusinae, et Provinciae Umbriae Legatus seu Vicelegatus civiles summam, seu Valorem trecentorum Ducatorum Auri excedentes, ac criminales, in quibus ultimi Supplicii, seu alia Corporis poena de Jure communi imponenda veniret, vel alias cum Publicum Schandalum oriri formidaretur caussas ad Partis Instantiam, seu ex Officio, vel aliasquomodocumque juxta ejus facultates etiam praeventus audire, cognoscere, et terminare minime impediretur, per quasdam suas in forma Brevis Litteras, voluit statuit, et ordinavit, prout in illis plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipsius Civitatis, et illius Comitatus, et Districtus Homines pro ipsis Criminalibus Caussis, sub praetextu, quod in eis Corporalis poena veniat

veniat imponenda extra dictam Civitatem in non
modicum, sed maximum ejusdem Civitatis, ejusque Comi-
tatus, et districtus praejudicium ac ipsorum Hominum
dispendium, et jacturam vergant; Nobis humiliter
supplicari fecerunt, ut eorum Commoditati consulere,
et expensas quae in litium extra dictam Civitatem
pro tempore vertentium prosecutione per ipsos Homi-
nes, cum eorum maximo incommodo fiunt, tollere,
aliasque eis in praemissis opportune providere de
Benignitate Apostolica dignaremur. Nos ipsarum litterarum
tenores etiam veriores praesentibus pro plene et sufficien-
ter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclina-
ti; Quod omnes, et singulae causae Criminales quarum-
que graviorum delictorum, et Civiles quae summam, seu valo-
rem ducentorum ducatorum auri non excedant in prima
et secunda instantiis in dicta Civit. Perusin. et Pro-
vincia Umbriae Gubernator, ejusque Auditores, Ministri,
et Officiales, ac pro tempore existentes Legati, Vice-
legati, Gubernatores, eorumque Auditores, ac Ministri, et
Officiales audire, cognoscere, terminare, aut in eis
se intromittere nullatenus possint, et citati pro tempo-
re coram eis contra tenorem praesentium comparere mini-
me teneantur, et ob non comparitionem hujusmodi aliquas
Ecclesiasticas

ecclesiasticas, aut temporales, seu pecuniarias poenas
non incurrant, Auctoritate Apostolica tenore praesentium
perpetuo statuimus, et ordinamus, ac ipsis Communita=
ti, et Hominibus de speciali gratia concedimus,
et indulgemus. Sicque, et non aliter per quoscumque Judi=
ces, et Commissarios, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardina=
les, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et
interpretandi facultate judicari, et diffiniri debere
decernimus. Districtius inhibentes Legatis, Vice-Legatis,
necnon Gubernatoribus, Auditoribus, Ministris, et Officialibus
praedictis, ac aliis quibuscumque Judicibus, et Personis quocun=
que nomine censeantur, et quacunque praefulgeant digni=
tate sub decem millium ducatorum auri de Camera Camerae
Apostolicae applicandorum poenis, ne contra praesentium tenorem
aliquid facere, vel dicere, aut attentare praesumant
ac decernentes ex nunc irritum, et inane quicquid secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igno=
ranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filiis
Curiae Causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, ac
Vicariis Venerabilium fratrum nostrorum Spoletani et Camerinen.
Episcoporum in Spiritualibus generalibus per praesentes com=
mittimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut
unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras,
et in eis contenta quandocunque ubi, et quando opus
fuerit

fuerit, ac quoties pro parte dictorum Communitatis, et Hominum fuerint requisiti, sollemniter publicantes, ac eis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant ipsos Communitatem, et Homines praesentibus litteris pacifice frui, et gaudere, non permittentes eosdem Communitatem, et Homines contra praemissa quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, ac inobedientes, et rebelles quacunque Auctoritate, et Dignitate praefulgentes per praedictas, et quascunque alias, de quibus eis videbitur poenas pecuniarias eorum arbitrio moderandas, et applicandas, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, poenas huiusmodi, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii saecularis. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis Venetiarum, et Provinciae praedictarum etiam Juramento Confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, et Indultis, Facultatibus, et Litteris Apostolicis, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Officialibus, et Ministris, aliisque Judicibus, et Personis sub

187 v

sub quibuscunque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam de=
rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis
clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu pro=
prio, ac alias quomodolibet concessis, et etiam iteratis vi=
cibus approbatis, et innovatis, ac concedendis, approbandis,
et innovandis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficien=
ti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specifica expressa, et individua, ac de verbo ad ver=
bum, non autem per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quaevis alia expressio, aut aliqua exquisi=
ta forma ad hoc servanda sit, et in eis caveatur expres=
se, quod illis nullatenus derogari possit illorum omnium
tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso
et forma in illis tradita observata inserti forent prae=
sentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore
permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse
derogamus, contrariis quibusque, aut si aliquibus communiter
vel divisim ab eadem Sede sit indultum, quod interdici, su=
spendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas
non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad ver=
bum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem,
quod si in Civitate, Comitatu, et districtu praedictis aliqua
atrociora delicta, seu capitalia, in quibus poena ultimi
supplicii

supplicii de Iure Communi imponenda venirent, committerent, pro tempore existens Legatus, seu Vice Legatus, aut Gubernator causas hujusmodi Delictorum ad se advocare, et per se, vel per alium cognoscere possit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris Die 26. Maij 1566. Pont. Nostri Anno primo //

// Caes. Glorierius //

// Tassa sopra la Mercede de' Notari // de' Malefizj della Corte del Sig.re // Governatore, e Sig.re Podestà della // Città di Fuligno ~ ~ ~ ~ //

// Li detti Notari anno da osservare inviolabilm.te quanto si contiene nella pnte Tassa, e dare idonea Sigurtà, come si contiene nell'infrascritti Capitoli //

1. // Per Ciascuno precetto colla Requisitoria, il quale si debba lassare, ovvero una Cedola continente il fatto ad'istanza della Parte non si à da pagare più di Bolognini due.

2. // Per le Querele non possa pigliare dal Querelante cosa alcuna

3. Per Risposta sopra l'Inquisizione coll'Istrumento della Fide=
jussione, e conservazione dell'indennità Bolognini Quattro.

4. Per ciascuna Cedola ad'istanza della Parte computata la
comparazione, ed'atto Bolognini due, e se fosse Cedola Sem=
plice Bolognini Uno.

5. Per Istrumento di Fidejussione di difendere Bolognini Quattro.

6. Per ciascuna Comparizione stessa nel Libro Bolognini Uno.

7. Per la Comparizione in Scriptis, ed'Atto coll'esibita di qualun=
que Scrittura Bolognini Uno.

8. Per la Copia del Processo, e Testimonj per ciascuna Carta
continente deciotto Versi per lato, e ciascun verso di sei
dizzioni di più sillabe, etiamchè fosse dimandata, e data
ad'istanza di più Persone Bolognini Uno, e quando fosse pu=
blicato Bolognini due.

9. Per l'esame de' Testimonj in Causa Capitale Bologni dodici
tra il Giudice, e Notaro, ancorchè l'esame si facesse sopra
Articoli Numerosi.

10. Nelle Cause afflittive di Corpo per Testimonio da divider=
si come di sopra, Bolognini Otto.

11. Nelle Cause Pecuniarie Bologni Quattro per Testimonio, come
di sopra.

12. Per Rogito delle Sentenze Capitali, dove si trattasse della Mor=
te Naturale Bolognini quaranta colla Cassazione del
Processo.

13. Per Rogito delle Sentenze afflittive di Corpo, colla Cassazione del
Processo

Processo Bolognini Trenta.

14. Per Rogito delle Sentenze Pecuniarie, e Cassazione di Processo da Lire Cento in giù Bolognini Otto, da Lire Cento fino a Due Cento Bolognini Dodici, da quello in sù Bolognini Sei per ciascuno Centinaro di Lire, purchè la Maggior Somma n'passi Bolognini Venti.

15. Per Cassazione delle Condannazioni della Morte Naturale colla Registrazione della Grazia ottenuta, ed assolutoria Bolognini Sessanta.

16. Per Cassazione delle Condannazioni Pecuniarie, e Registro simile da Cinquanta Lire in giù Bolognini Quattro. da Cinquanta fino a Cento Bolognini Otto, da quello in sù Bolognini Sedici per qualsivoglia Somma.

17. Dichiarando che tutte le predette Cose s'intenda, che Ciascuno degl'Inquisiti così sia obligato pagare fino al Numero di quattro, e da Quattro in sù fino ad Otto la terza Parte manco e da otto in sù la metà manco della d.a Tassa per Ciascuno.

18. Per l'Estrazione della Sentenza assolutoria in publico si paghi nelle Capitali di Morte Naturale Bolognini Sessanta.

19. Nell'Afflittive Bolognini Trenta.

20. Nelle Pecuniarie fino a Lire Cinquanta Bolognini Dodici.

21. E da quello in sù per qual si sia quantità Bolognini Venti.

22. Per l'Estrazione in publico delle Condannazioni Capitali si paghi Bolognini Sessanta per ciascun Condennato, e se fussero più

più insieme, e per un solo si volesse, sia obligato cavarla per quel solo facendo gli altri per d.a Mercede.

E così per quelle afflittive di Corpo Bolognini trenta, e per le pecuniarie Bolognini sedici.

23. In caso che si faccia Inventario di Robbe d'alcun Delinquente per Omicidio, o pericolo di Morte, o in caso dove venga Confiscazione de' Beni, in questi Casi soli abbia per sua Mercede dentro la Città Bolognini Quaranta, e fuori Bolognini Sessanta.

24. Per Cassazione delle Addizioni di non offendere, etiamchè c' intervenisse il Rogito della Pace Bolognini quattro.

25. Non si pigli querela contro Putti minori d'Anni dodici, e querelandosi si cassi gratis.

26. Speditti, che saranno li Processi, debbano, e ciascuno di essi Notari debba le Sentenze condennatorie, ed assolutorie registrarle in membranis, e publicarle a loro spese, e quelle consegnarle alli Notari dell'Officio delle Condennazioni della Città, proibendo, che doppochè saranno spediti detti Processi, li prefati Notari del Criminale non possano procedere ad alcun atto, o addizione nella Carta bambagina sopra tali Processi spediti.

27. Per Ritrazione di Accuse, e Querele Bolognini Otto, se sarà contra Uno, se contra due Bolognini dodici, se contra più Persone, ancorchè Cento, e più, Giulij due.

28. Per li Rogiti delle Sigurtà di non partirsi di Palazzo per Cause criminali

Criminali Bolognini due per ciascun Rogito.

29. Li Rogiti delle Sigurtà di non partirsi di Palazzo per Cause Civili, spettino, ed appartenghino all' Officio de' Notari del Cavaliero, o del Podestà, e del Sig.r Governadore respettivamente, e non ad.i essi Notari Criminali.

30. Nel fine del loro Officio debbano stare Sindicati, e così debbano fare nel fine dell' Officio del Sig.r Governadore, e Podestà, e rilassare in mano del Procuratore Fiscale di d.a Città li Libri, e Scritture loro autenticate in buona, e valida forma.

31. Nel principio dell' Officio loro, ed ogni volta che occorrerà far nuovi Libri, debbano portarli in Cancelleria della Magnifica Communità, e farli cartolare, e sigillare carta per carta dal Cancelliere coll' assistenza del Sig.r Capo Priore, e Priore del M. Numero.

32. Nessuno di detti Notari possa essere di alcuna Città, Terra, o Luogo, che non sia distante, e lontano dalla Città di Fuligno almeno per venti miglia. Siano obligati far ricevuta di lor propria Mano di ogni somma di denari, che gli si pagheranno per cagione de' mercedi, a qualunque Persona li pagherà, e recusando, o mancando di farlo cada in pena di Scudi cinquanta applicati per il mezzo alla Rev.da Cam.ra Apostolica, e per il resto alla Magnifica Communità di Fuligno, e della perdita del suo Officio.

Non possino

Non possino ingerirsi, nè fare Scrittura, o atto alcuno in Causa d. d. sotto la d.a Pena applicata, come di sopra. E finalm.te debbano tenere in publico, che ogni Uomo la possa vedere Copia delli pnti Capitoli, e nel principio del suo Officio dar idonea Sigurtà di osservarli inviolabilm.te, di stare a Sindicato, innanzi a quelli, che gli saranno deputati da esso M. Numero, e di non appellarsi, e di pagare subito quel, che sarà condannato dalli Sindicatori senza replica, o Eccettione alcuna, la qual Sigurtà non possa esser Persona alcuna, che sia dell'Ordine del Consiglio nè del Privato di d.a Città, e sia a contentamento del M. Numero de' XX., altrim.te non siano ammessi.

Il Notaro deputato al Criminale del Podestà sia obligato pagare con'effetto per Risposta del suo Officio in Mano dell'Esattore dello Ospitale di d.a Città - - - - ogni Mese, ed in fine di ciascun Mese, etiam nel tempo di Fiera di d.a Città, e della sua prorogazione.

Il Notaro deputato al Communale del Sig.r Governatore ogni Mese etiam nel tempo di Fiera, e della sua Prorogazione, come di sopra, ed in fine di ciascun mese. /

Debba pagare ciascun di loro Bolognini sedici il Giorno al Nunzio, che porterà l'elezione per sua Mercede, ed al medesimo Nunzio per li soliti Regali da interpetrarsi secondo il solito degli altri Officii Scudi due di oro. //

// Braccius de' Bracciis Vic. Cancell. //

// In Perugia // Appresso Pietrojacomo Petrucci //

Dilectis Filiis Confaloneriis Prioribus, ac Universitati, et Hominibus Terrae Gualdi Nucerinae Dioecesis. //

// Breve di Paolo Terzo, in cui si dispone, che nelle Cause civili, e Criminali della Terra di Gualdo di Nocera si possa appellare al Giudice d'Appellazione, e del Ricorso pro tempore della Città di Foligno. // Reg.to al fol. 26 del Reg. della Curia di Fuligno @ 4o dal 1534 al 1552. //

// Paulus Papa III. //

Dilecti Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Nuper dilectus Filius Gentilis Saxalius concivis, et Orator vester nomine vestro Nobis exposuit, Venerabilem Fratrem nostrum A. Episcopum Sabinensem S. R. Ecclesiae Cardinalem de S. Severino nuncupatum Gubernatorem istius Terrae Gualdi Nucerinae Dioecesis Vobis inter ceteros nonnulla Capitula, Statuta, Decreta, ac Ordinationes bonum Regimen, Pacemque, et Quietem istius Terrae, ac Justitiam ipsam concernentia concessisse, quorum tenor sequitur, videlicet: Antonius Miseratione Divina Episcopus Sabinensis S. R. Ecclesiae Cardinalis de S. Severino nuncupatus Terrae Gualdi perpetuus Gubernator. Volentes, Communitatem, Homines, Incolas, et Habitatores praefatae Terrae Gualdi, quantum Nobis licet, a laboribus, et expensis relevare, et periculis, quae longitudo itineris afferre solet, opportune occurrere, et ne appellantes pro suis Appellationibus, et caussis prosequendis ad Urbem accedere compellantur, statuimus, et ordinamus in omnibus, et singulis caussis tam civilibus,

quam

131

quam Criminalibus, a Sententiis definitivis, seu interlocutoriis
vim definitivae habentibus, aliisque gravaminibus irreparabilibus
per appellationem ab eis, quae in prima, seu secunda, vel ulte-
rioribus Instantiis in d.ta Terra pro tempore vertent. appellari
posse ad Magnificum Dnum Judicem Appellationum pro tempore
existentem Civitatis Fulginei, et coram eodem tam caussa Ap-
pellationum, quam Nullitatum, et Recursus, et ab illo hujusmodi
caussae expediri, et definiri infra duos Menses a die interpo-
sitae appellationis, et Recursus hujusmodi possint, et debe-
ant cum potestate terminum dictorum duorum mensium ar-
bitrio ipsius Judicis ad alios Menses, et non ultra prorogandi &c.
Omittuntur alia Capitula, et Ordinationes &c. Antonius
Cardinalis de S. Severino Gubernator. Dat. Romae in aedibus
nostrae habitationis 26. Maij 1541. Nos autem cupien-
tes, quae pro pace, et quiete, proque Justitia ipsa, et ad
commoda vestra edita, et concessa sint firma, perpetuaque
persistere, ac Vestris vestris in hac parte supplicationibus No-
bis nuper porrectis inclinati supradicta Capitula, Statuta
Ordinationes, et Decreta ex certa nostra Scientia, ac Apo-
stolicae Potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica
tenore praesentium approbamus, et confirmamus &c. Et insuper
licet dictus praefatus A. Episcopus, et Cardinalis d.ae Terrae
Gubernator statuerit, et ordinaverit, ut vos in vestris Caussis

Civilibus

Civilibus, et Criminalibus ad Judicem Appellationum Civitatis nostrae Fulginei appellare, et recurrere possitis prout in litteris desuper expeditis, et positis, ut supra, insertis plenius continetur; quia tamen Civitas ipsa modo Judice appellationis ibi solito careret, ne in posterum vobis contingat dubitare ad quem Judicem appellare, et recurrere valeatis, declaramus, et denuo etiam Vobis concedimus, ut nunc, et quandocumque in dicta Civitate solitus Judex Appellationis non erit, Vos eo Judice Appellationibus, et recursu uti possitis, quo Fulginatenses pro tempore uti solent, et poterunt &c. Datum Romae apud S. Marcum sub Anulo Piscatoris Die 5. Augusti 1541. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

N. C. M. Tores

Pius Papa V.

Ad perpetuam Rei Memoriam

3

Bulla Pii V. super Jurisdictione Praesidentiae nundinarum in Causis Civilibus, et Criminalibus usque ad menses in duobus die 15. Maii 1571.

Decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quae ea, quae a Praedecessoribus suis in favorem Sedis Apostolicae Subditorum concessa reperiuntur, ut firmiora existant, suae confirmationis munimine roborare, aliasque desuper disponere, prout locorum temporumque qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem a fel. recor. Paullo Papa Tertio Praedecessore nostro emanarunt Litterae tenoris subsequentis videlicet: Paulus Papa III. Universis singulis Legatis, Vice Legatis, et eorum loca tenentibus, ac quibusvis Sanctae

Romanae

Romanæ Ecclesiæ Officialibus quacumque Auctoritate fungentibus Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Priores, et Communitas Civitatis nostræ Fulginaten., quod licet a immemorabili tempore citra Præsidentes Custodiæ Nundinarum Civitatis præfatæ per Communitatem ipsam ex illius Civibus deputari soliti dictarum Nundinarum, et earum prorogationis tempore durante, omnes, et singulas Caussas tam Civiles, quam Criminales, tam inter Mercatores, et alias Personas ad ipsas Nundinas accedentes, quam etiam inter ipsius Civitatis Cives, et Homines, et Incolas, et Habitatores ejusdem vertentes cognoscere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, et manu regia, ac ibi ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punire, et castigare, etiam usque ad Mortem inclusive, pœnasque pecuniarias pro custodia dictarum Nundinarum, et alias prout eis videbitur, applicare, et impendere, ac Gubernator, et Potestas ejusdem Civitatis pro tempore existentes se in præmissis nullatenus intromittere, sed ab eorum Jurisdictione, et Officio prædictis Nundinis, etiam prorogatis durantibus cessare; Ipsa vero Communitas tempus pro hujusmodi Nundinis statutum ad certum tempus prorogare consueverint, et in pacifica possessione, vel quasi præmissa omnia faciendi existant. Nihilhominus ipsi pro abundantiori cautela cupiunt per Nos præcipi, ut super præmissis ab aliquibus non molestentur. Et propterea Nobis humiliter supplicari

fecerunt

fecerunt, ut eorum votis annuere de Benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur, qui Subditorum Nostrorum praesertim fide, et devotione erga Nos, et Sedem Aplicam Conspicuorum Juxius conservationi, ac desuper humiliter supplicatis, libenter intendimus, hujusmodi Supplicationibus inclinati Vobis et cuilibet Vestrum in virtute Sanctae Obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus Communitatem, et Residentes praedictos super praemissis contra immemorabilem consuetudinem, hactenus laudabiliter observata hujusmodi nullatenus molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis, nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Aplicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud S. Marcum sub Anulo Piscatoris Die 13. Junii 1548. Pontificatus nri Anno Quarto decimo. Cumque stantibus praefatis litteris a nemine dubitari debeat, quin dilecti filii Moderni Priores, et Communitas Civitatis hujusmodi praemissis omnibus pacifice frui, et gaudere debeant; Cum tamen sicut exponi Nobis nuper fecerunt, ipsi animadvertant, firmiora esse ea, quibus ejusdem Sedis saepius intercedit Auctoritas, cupiant praemissa omnia etiam nostro, et dictae Sedis munimine roborari. Nos qui Subditorum nostrorum Commoditatibus libenter annuimus, litteras praedictas, ac prout eas concernunt, omnia, et singula in illis contenta, et inde secuta quaeque, ita tamen, quod ubique poena ultimi supplicii

fuerit

183

fuerit infligenda ad illius executionem, nisi consultis pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, aut Provinciæ Præsidi devenire nequeant. Et Caussas coram ejus Civitatis Gubernatore, vel Prætore extra tempus ipsarum Nundinarum motas, et indecisas pendentes, iidem Præsidentes reassumere, sicuti forsan vigore dictarum litterarum possent, attentare nullatenus possint, Aplica Auctoritate per præsentes confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Sed nihilominus coram Gubernatore, et Prætore hujusmodi caussas ut sic motas, et pendentes ante tempus dictarum Nundinarum hujusmodi usque ad ipsarum Nundinarum finem silere, exceptisque præmissis, cetera omnia in dictis litteris contenta ita valida, et efficacia esse volumus, ut contra illa quovis quæsito colore veniri nullatenus possit, sed perpetua et inviolabili firmitate subsistant. Quo circa Venerabilibus Fratribus Camerinensis et Nucerinensis Episcopis, seu eorum in Spiritualibus Vicariis Generalibus ac dilecto Filio Caussarum Curiæ Cameræ Aplicæ Generali Auditori per Aplica Scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Priorum et Communitatis hujusmodi seu alterius ex eis fuerint requisiti, sollemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant Auctoritate nostra Priores, et Communitates prædictos, ac eorum singulos confirmatione, approbatione, adjectione,

suppletione

. supplectione, declaratione, voluntate, decreto, aliisque praemissis pacifice frui, et gaudere; ac praesentes litteras et in eis contenta hujusmodi ab omnibus, quos illa concernunt inviolabiliter observari, nec permittentes Cives, et Communitatem hujusmodi, vel aliquem ex eis desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, et Rebelles per sententias Censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis servandis processibus, sententias, Censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae Octavi etiam Praedecessoris nostri de una, et Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore praesentium ad judicium non trahatur, et aliis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ac legibus etiam Municipalibus, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis quibusvis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis

Conimque

eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, et forma in illis tradita observata foret, pntibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Aplicas non facientes plenam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die 25. Maij 1571. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cae. Glorierius

Urbanus Papa VIII.

Bulla Urbani Octavi, qua confirmatur supl. sa Bulla Pii V. die 1. Augusti 1633.

Ad perpetuam Rei Memoriam. Sincerae Fidei, et Devotionis affectus, quem dilecti Filii, Priores, et Communitas Civitatis nostrae Belginatensis erga Nos, et Romanam Ecclesiam gerere comprobant, Nos inducit, ut eorum Votis, quantum cum Domino possumus libenter annuamus. Alias siquidem a Felicis Recordationis Pio Papa Quinto Praedecessore nostro emanaverunt Litterae tenoris subsequentis videlicet. Pius Papa V. Ad perpetuam Rei Memoriam. Decet Romanum Pontificem, ad ea libenter intendere etc. - - - - - - - - etc.

Requirit

// Require Paginam 192., ubi per extensum invenies // Litteras in forma Brevis Sanctae Memoriae Pii V. //

Cum autem sicut Priores, et Communitas praedicta Nobis nuper exponi fecerunt, licet praeinsertae literae, et in eis contenta hujusmodi in usu sint. Nihilhominus ad abundantiorem cautelam illa Aplicae Confirmationis Patrocinio communiri summopere desiderent, Nos Priores, Communitatem praedictos specialiter favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, Censuris, et Poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium duntaxat consequendi harum serie absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Praeinsertas literas, omniaque, et singula in illis contenta ita tamen, ut circa causas ante tempus dictarum Nundinarum coram Gubernatore, et Rectore dictae Civitatis motas, et pendentes, in quibus usque ad earundem Nundinarum finem supersedere debere disponitur, quoad Criminalia nullatenus supersedeatur Aplica Auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Decernentes praesentes literas semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros

135v

et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque Prioribus, et Communitati in omnibus, et per omnia, et per omnia plenissime suffragari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis Authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quae in praesentibus litteris voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Augusti 1634. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo. ///

/// Marcus Antonius Maraldus //

Bulla Bened. XIII. qua confirm. decret. S. Cons. super Jurisdic. Prior. Num. Civ. etiam quoad Communitatis die 4a. Julii 1728.

// Benedictus Papa XIII. //

// Ad futuram Rei Memoriam //

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Consultationibus Negotiorum Status nostri Ecclesiastici Praepositorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet // // In Caussa Fulginaten. super Jurisdictione competen. Praesidentibus

Praesidentibus Nundinarum dictae Civitatis. Sacra Con-
sulta habita sub die Nona Januarii proxime prae-
teriti, visis Relatione Gubernatoris, et Juribus hinc in-
de, Rescripsit, prout infra, videlicet // // Competere
Praesidentibus Nundinarum Fulginei Jurisdictionem, etiam
quoad Comitativos, et Districtuales, et pro delictis commis-
sis in territorio // //. In quorum fidem. Dat. Romae
hac die 14. Aprilis 1758. J. B. Spinola Secre-
tarius. Loco + Sigilli. Cum autem, sicut pro parte di-
lectorum filiorum Priorum, et Communitatis, et Hominum
dictae Civitatis Nobis nuper expositum fuit, ipsi Decretum
hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, et observatione,
Apostolicae Confirmationis nostrae robore communiri summopere
desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam fa-
cere volentes, et eorum singulares Personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasti-
cis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine
quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet
innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, et absolutas fore
censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati, Decretum praeinsertum, Auctoritate
Apostolica

186v

Aplica tenore Pntium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Aplicæ firmitatis robur adjicimus. Salva tamen semper auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. De cernentes easdem pntes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari. Atque in præmissis per quosque judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, ac quatenus opus sit dictæ Civitatis, etiam Juramento Confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, et litteris Aplicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores pntibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Julij 1728. Pontificatus nostri Anno Quinto

Cardinalis Oliverius

Bulla Clementis VIII. qua statt. quod Aromatar. concurriant pri. debit. in [illegible] Dib. Praeferant Mercat. &c. 9. Julii 1603.

Clemens Papa VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam

Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum Filiorum Consulum, et Universitatis Collegii Aromatariorum Civitatis nostrae Fulginaten., quod cum ipsi exerceant ac commodum commune Civium, et Incolarum Civitatis, et Comitatus Fulginaten., et aliorum ad eos concurrentium Artem Aromatariae, et ut plurimum soleant medicamenta, et alias res diversas eorum Apothecarum quibusvis ad eos confluentibus in eorum infirmitatibus, et occasione etiam Funerum morientium absque pecunia numerata, et ad credentiam, ut dicitur, tradere, eveniatque interdum, quod ipsis credentibus aliquo tempore pretium rerum traditarum consequi in bonis eorum debitorum defunctorum, diversi eorundem defunctorum Creditores, quandoque Anteriores ipsis Aromatariis insurgant, unde ipsi Aromatarii consecutionem eorum creditorum fraudati remanent, et saepe etiam defatigantur variis cessionibus, bonorum discussionibus, dilationibus, moratoriis, cinquinis, et aliis subterfugiis, ita ut tandem ob multas expensas litium, et labores propterea sustinent desistere cogantur notabilem jacturam in eorum damnum, et praejudicium facere, aut res absque numerata pecunia non tradere in grave damnum Infirmorum. Quare cupientes super praemissis eorum Indemnitati, et Infirmorum commoditati opportune consultum iri, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut ipsis ut infra

137

infra indulgere de Benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur justis dcorum Aromatariorum petitionibus annuentes, et singulares Personas d.e Universitatis a quibusvis ex=communicationis, suspensionis, et Interdicti, aliisque ecclesiasticis Censuris, sententiis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, quibus si quomodolibet innodati existunt, ad effectum pntium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Statuta, Ordinationes, Capitulos, Privilegia, Indulta, et Concessiones ipsisvis Universitatis Aromatariorum facta, et concessa, quorum tenores pntibus pro expressis haberi volumus, quatenus tamen licita sint, et honesta, ac in usu, et non contraria sacris Canonibus, et Aplicis Constitutionibus, et Concilii Tridentini decretis existant, Auctoritate Aplica tenore pntium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis Aplicæ firmitatis robur adjicimus. // Praeterea dictae Universitati Aromatariorum, // ut nullus Aromatarius Civitatis Fulginaten. possit conveni// re suos debitores subjectos Foro Proconsulum Artis Mer// catorum, ut infra pro caussis spectantibus ad Artem Aro// matariæ in alia, quam in Tribunali eorundem Procon// sulum, et quicunque contrafecerit pro qualibet vice in // pœnam sex scutorum ipso facto Ecclesiæ Annunciatæ dictæ

Civitatis

// Civitatis applicandorum incurrat. Et omnes, et singuli Per-
// sonæ non ecclesiasticæ pro quibusque Medicamentis, et Re-
// bus Medicinalibus, et aliis spectantibus ad Artem Aroma-
// tariæ prædicto Tribunali Proconsulum tantummodo su-
// bjectæ existant, ac omnes causæ in quibus agitur, aut pro
// tempore agetur quovismodo de similibus rebus tantummodo
// in Tribunali dicto Proconsulum tractari, cognosci, ac ter-
// minari debeant, exceptis tamen iis causis, in quibus vi-
// gore Obligationis in forma Cameræ ageret, et à senten-
// tia DD. DD. Proconsulum nullo modo appellari, reclamari, //
et per via recursus sub quovis prætextu possit juxta
consuetudinem, et Stylum in Ærario dictæ Civitatis vul-
gariter, quatenus dictus Stylus, et consuetudo sint in usu.
Quodque prædicti Aromatarii pro quibusvis Medicamentis, et
rebus Medicinalibus, ac aliis spectantibus ad d.a Artem per ipsos
Aromatarios pro quoque Morbi, vel Infirmitatis genere
// datis, et subministratis præferant, et omnino anteponant
// aliis cujusvis generis Creditoribus decoctorum, aut defunctorum
// etiam privilegiatis, quamvis potioribus, et anterioribus, et etiam
// quavis Obligatione etiam in forma Cameræ, // Instrumen-
toque publico jurato, et quovis hypothecæ genere vallato
et cum quibusvis clausulis aut cautelis habentibus, usque ad sum-
ma tamen Viginti Scutorum dumtaxat. Quod etiam dd. Aro-
matarii non comprehendantur sub aliqua discussione Bononiensi

neque

neque sub aliqua cessione eorundem Bonorum, aut quinquennales, aut alias dilationes etiam ex particulari gratia, et rescripto Principis, nisi id expresse disponat circa consecutionem eorundem Creditorum, ex occasione Medicamentorum, et rerum Medicinalium, seu funeralium, ita ut hujusmodi discussiones, aut cessiones Bonorum, aut quinquennales, aut aliae dilationes quibusvis pro tempore concessae, aut concedendae nemini contra dictos Aromatarios ullo umquam tempore suffragentur, nec locum habeant; Quoque Heredes defunctorum Debitorum eorundem Aromatariorum non possint retardare, aut differre solutionem pretii rerum medicinalium, seu funeralium, pro quibus defuncti Debitores descripti reperiantur occasione rerum medicinalium, aut funeralium sub praetextu, quod hereditatem cum beneficio legis, et Inventarii apprehenderint, seu impedire, quod interim non fiat executio in bonis hereditariis, salvis tamen juribus quorumcumque in Judicio Ordinario. // Mulieres quoque, quarum Mariti decocti, aut defuncti fuerint, si ab eorum hereditate dicti Aromatarii credita sua consequi non potuerint, eo casu obligatae sint solvere pretium rerum medicinalium, quae pro ipsis Mulieribus receptae fuerint, licet sub nomine eorum Virorum descriptae reperiantur usque ad summam decem Scutorum duntaxat, facta tamen

// tamen prius debita licentia per ipsos Aromatarios, eti
// as judicialiter contra bona dictorum virorum decocto
// rum, aut defunctorum auctoritate, et tenore praefatis
// perpetuo concedimus, et indulgemus //. decernentes
praemissa omnia, et singula perpetuo valida, firma
et efficacia fore; ac ita inviolate observari debe
re; sicque et non aliter per quosque Judices Ordinarios,
et delegatos, etiam Sacri Palatii Apostolici Auditores, sublata
eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et Interpre
tandi facultate, et auctoritate judicari, et diffiniri
debere, et irritum, et inane quidquid secus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contige
// rit attentari //. quo circa // dilecto filio nostro, et Sanctae
Romanae Ecclesiae Camerario, nec non Praesidentibus, et Camerae
nostrae Clericis harum serie committimus, et mandamus, quathe
nus praesentes nostras litteras in eadem Camera recipiant, et ad
mittant, et registrari mandent, et faciant; necnon praedicto
// Camerario, // ac Venerabili Fratri Episcopo Bulginaten. //
quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios
praesentes litteras, et in eis contenta quaecumque, ubi, et quando
opus fuerit, et quoties pro parte dictorum Aromatariorum
aut alicuius eorum fuerint requisiti, sollemniter publicantes
eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes
faciant

faciant Auctoritate nostra illos, et eorum quemlibet eorum-
dem praemissorum effectu // pacifice frui, et gaudere, non
permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate
quomodolibet indebite molestari. // Contradictores quosque
per Censuras, et Poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna
Juris, et Facti remedia, appellatione postposita com-
pescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxi-
lio Brachii Saecularis. Non obstantibus Constitutioni-
bus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Statutis, et
Consuetudinibus, etiam Juramento, Confirmatione Aplica,
vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quo-
que, Indultis, et Litteris Aplicis in contrarium prae-
missorum quomodolibet concessis, et approbatis, cete-
risque Contrariis quibuscunque. Datum Romae apud
Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris Die 9. Ju-
lii 1603. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

M. Vestrius Barbianus

Il Confaloniere, Priori, e
Magistrato dell' Illma Città di Fuligno

Una delle più premurose Cose de' Publici Rap-
presentanti

rappresentanti deve essere quella di procurare la piena osservanza de' Privilegj, che derivano dalle Costituzioni Statutarie, e vengano corroborate dall'Autorità del Principe. Quindi è, che trà le molte, e decorose Prerogative, che per Clemenza de' Sommi Pontefici gode la Communità di Fuligno trovandosi quella delli Sig.ri Proconsoli, delli della Mercatura, ed osservandosi che a poco a poco se ne trascura l'esecuzione con notabile pregiudizio del Publico, e Privato vantaggio, si è venuto in determinazione col pnte publico Editto di ordinare il totale Adempimento a tutti quelli, a quali in qualunque modo appartiene, e che vi anno il sus

// Diritto, e commodi, con rammentarle, che // Caussæ,
// et Quæstiones Mercantiles, vel ad Mercantias vel ar
// te pertinentes, vel ab eis dependentes inter quasque
// Personas de dicta Civitate, vel in ea, aut ejus Comi
// tatu, vel Districtu inhabitantes cognosci, et decidi
// debeant per Proconsules predictos summarie, simpliciter,
// et de plano, et absque libello sine strepitu, et figura
// judicii, ac sola facti veritate, et æquitate inspectis, nec
illæ

20000

// illas coram aliis Iudicibus dictae Civitatis introduci possint,
// nec per eos modo aliquo cognosci, et decidi, quod
// si secus fiat Processus inde secutus sit ipso iure nul
// lus, et Nihilominus qui illas coram aliis Iudicibus di
// ctae Civitatis introduxerint, vel introduci curaverint inci
// dat ipso facto in poenam scutorum 5. Denariorum
// Communi Fulginei applicandorum //, e che // Procura
// tores contra Debitores pro summa pecuniarum
// del lor petito, et expensis executionem relaxare,
// et fieri faciant reale, et personale ad volunta
// del Creditoris //; Nella qual disposizione dovran
no anch'esser compresi li Sig.ri Speziali a for
ma del Breve della S. Mem. di Clemente Papa
Ottavo dato in Roma li 9. Luglio 1603.; ed
affinchè il pnte abbia da avere il suo pieno
effetto, e vigore in tutte le sue Parti verrà publi
cato, ed affisso ne' luoghi soliti di questa Città, ed
astringa Ciascuno alla puntuale Osservanza, come
che se a tutti fosse stato personalmente intima
to. Dato dal Palazzo Priorale questo dì 23. Apri
le 1763. // Michelangelo Giusti degli Confalonieri //

// Tommaso Sebastiani Canc. Priorale //

//Breve di Giulio Terzo, revocatorio d'altro Breve, in cui aveva concesso a Vincenzo Scaglioni l'aggregarsi al Consiglio contro la forma dello Statuto con dichiararlo il primo nullo, ed invalido &c. anno 1553.//

Julius PP. III.

Ad perpetuam rei Memoriam. Romanus Pontifex, sicuti ab eo rationabili suadente Caussa concessa, vult esse perpetuo mansura, ita etiam ea, quae per veri suppressionem, et falsi suggestionem extorta reperit, via revocationis nulla, et invalida reddit, et illa impetrantibus non suffragari declarat. Nuper siquidem dilectus filius Vincentius Scaglionus pro cive nostrae Civitatis Fulginaten. se gerens, se in unum de Concilio Centumvirorum nuncupatorum ipsam Civitatem regentium sub certo confitto colore sperans exposito creari, et aliorum de ipso Concilio virorum de dicto numero, et consortio aggregari a Nobis per quasdam nostras in forma Brevis litteras obtinuit, nulla facta mentione, quod ipse Vincentius iterum misso partito ipso pnte in pleno Concilio eodem, omnibus fere reclamantibus Civibus per suffragia, ut manifeste rejectus fuerit, tacitoque non sine dolo, et fraude, quod ejus sit conditionis, et qualitatis, ut non mereatur nec possit, repugnantibus Statutis, et novis sale Reforma

tionibus

Reformationibus dictæ Civitatis præmissa concernentibus
dd.o Numero, et Consortio Consilii prædicti aggregari, et
ad postmodum ea, quæ in ipsis litteris per dictum Vin-
centium expressa, et quæ mentis Animum nostrum ad
ipsum Vincentium in unum de dd.o Concilio, ut
præfertur creandum, et aliorum numero et consortio ag-
gregandum induxerunt, vera non fuisse, necesse, immò
omni veritate carere, et falsa esse accepimus. Nos
propterea eundem Vincentium eisdem litteris non solum
indignum se reddidisse, sed dictas litteras, ut Schanda-
lis, quæ desuper oriri possent obviet, mentis nullas, et
invalidas per nos declarari, et ut tales revocari
debere censentes ad dilectorum Filiorum Communitatis,
et Hominum ejusdem Civitatis, de quorum interesse sal-
tem ut Schandala, ut præfertur tollantur, agitur, Instan-
tias Nobis per Oratorem Specialem ad hoc transmis-
sum factam, et ex nostra certa Scientia litteras præ-
dictas, et in eis contenta quæcumque non solum d.o
Vincentio nunc, aut in futurum suffragari non pos-
se, neque debere, sed etiam ipsas litteras nullas et
invalidas, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, et
esse et sic per quoscumque Judices tam Ecclesiasticos, quam
Seculares

Saeculares quavis auctoritate fungentes judicari, et deffiniri debere, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpetrandi faculta te, ac irritum alias, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoran ter contigerit attentari. Decernimus, et declara mus, ac easdem litteras, ut nullas, et invalidas re vocamus, et annullamus, et pro nullis et invalidis ubique haberi volumus, et mandamus, Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis dictis litteris in forma Bre vis, et quibusvis in illis contentis, eorumque totis te noribus, caeterisque contrariis, quorum omnium obstantium tenores haberi volumus pro expressis, non obstan tibus quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die 20. Septembris 1553. Pontificatus Nostri Anno Quarto. Loco + Si gilli.

Paul. Sadoletus Carpent.

Ver(?) S. Consultae favore Concilii

(?) Julij Anno 1664.

In Nomine Domini. Amen. Hæc est Copia, seu transumptum cujusdam Decreti Sacræ Con=sultæ tenoris sequentis, videlicet //

In Caussa Fulginaten. prætensi implemen=ti, seu aggregationis ad Concilium inter Cives, et aggregatos, et Conciliarios // Sacra Consulta habita sub die 6. currentis Mensis rescri=psit, prout infra, videlicet // Insistant in Con=cilio // In quorum fidem &. Dat. Romæ hac die 20. Junii 1684. // Loco + Sigilli

// C. Bussius Secret.s //

Decretum S. Consultæ 1743.

In Caussa Fulginaten. Admissionis ad Concilia pro Domino Cæsare Grillio contra Communitatem Fulginei, et Conciliarios dictæ Civitatis —

Sacra Consulta habita sub die 21. currentis rescripsit, prout sequitur // Utatur jure suo ad for=mam Statuti // In quorum fidem &. Datum Romæ hac

hac Die 24. Maij 1743. Loco ✠ Sigilli

H. de' Bardis Secret.

Bulla Bened.^ti XIV. quâ confirm.^r Stat.^m dispo.nis d'Consiliarioru aggregan.e die 7. Augusti 1743.

Benedictus Papa XIV.

Ad futuram Rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Priores, et Conciliarii Civitatis nostræ Fulginaten., quod inter cetera ejusdem Civitatis Statuta dudum à fel. rec. Pio Papa Secundo Prædecessore nostro in forma specifica per quasdam suas sub Plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1458. decimo Kal. Octobris expeditas litteras confirmata, illud etiam repetitur continens aggregationem Civium inter Conciliarios tenoris sequentis: Cum difficile sit in unum Fulginaten. Populum convocare pro negotiis occurrentibus expediendis, æquum visum fuit, Concilium vice Populi habere. Ideo statuimus, et ordinamus, quod si quando DD. Prioribus dictæ Civitatis, et Novem Viris videbitur, aliquos Cives de dicta Civitate idoneos

203 v

Idoneus, qui inter Concilianos, et eorum numero aggregari petat, ipsum in Concilio proponant, an videatur ipsis Conciliariis ipsum in Conciliarium accipere, et per Ballottas, seu Fabas talis propositus pro duabus partibus de' Fabis obtentus sit, et esse intelligatur de numero Concilianorum. Nec aliquis de Concilio esse possit, nisi inter Concilianos ut supra obtineatur, et si alio modo vel via de illo esse voluerit, nullo modo admittatur etc. et subinde idem Pius praedecessor, nempe Anno 1460. Generale Concilium hujusmodi Civitatis Reformavit, ita ut Concilium praedictum à hinc temporis usque in praesentia semper Nobiles constituerint, quae quidem Statutaria dispositio à quamplurimis Romanis Pontificibus confirmata fuit, et per diversa temporum spatia à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium super Consultationibus Communitatum, et Universitatum

Statûs

Bullar. ... quae confir... ... 1745

// Status nostri ecclesiastici deputatorum admissa re-
// mansit // prout ex decretis ejusdem Congregationis die
21. Maij proximi praeteriti, quo rescripsit in causa
sa Bulginaten. Admissionis ad Concilium // Status
Jure Libero ad formam Statuti // constare as-
serit; cui autem, sicut eadem expositio subjunge-
bat, dicti exponentes, ne abusus in praejudicium,
atque detrimentum publicae quietis, ejusdemque sivi-
tatis decoris indecantur, praeinsertum Statutum, ac Con-
gregationis Cardinalium decretum quo firmius subsi-
stant, et serventur exactius Aplicae Confirmationis
nostrae patrocinio communiri summopere desiderent.
Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut
sibi in praemissis opportune providere, et ut infra
indulgere de Benignitate Aplica dignaremur.
Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et
gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas
a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et In-
terdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et
poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel
caussa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt
ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie
absolventes.

1052

absolvendo, et absolutas esse censentes hujusmodi Supplicationibus inclinati praeinserta Statutum, et Congnis Cardinalium decretum hujusmodi auctoritate Aplica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congnis eorundem Cardinalium. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocunque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscunque Judices, Ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Aplici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae idem Pius Praedecessor noster in suis litteris praedictis voluit non obstare, nec non Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, ac dictae Civitatis etiam juramento,

Confirmatione

Confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiisque quoque, Indultis, et Literis Aplicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 7. Augusti 1743. Pontificatus nostri Anno Tertio//

D. Cardinalis Passioneus

Anno 1515. Breve del Cardinale Legato dell'Umbria sopra gli oblighi della Prefettura del Num.o de XX. e sopra le Rendite dovute agli Uffiziali dai Prefetti di d.o Numero

Antonius de' Monte Miseratione Divina Tituli S. Praxedis S. Romanæ Ecclesiæ Præsbiter Cardinalis Papien. Perusiæ, Umbriæque &c. Legatus de Latere. Omnibus præsentes inspecturis Salutem. Cum ad reprimenda flagitiosorum insolentias, conservandamque

Justitiam

260

Justitia, ac pace in Civitate Fulginei, et pro Officialibus Ssmi D. N., ac nostrorum favore fuerit per Communitatem, et Consilium d.ae Civitatis Numerus Viginti Virorum nostro mandato, ac decreto electis, et deputatis: Cumque intellexerimus nonnullos iniquitatis filios, ne propterea à male vivendi more destitisse, sed Homicidia patrando crimina que enormia quamplurima quietem Civitatis prædictæ perturbare, causasse fuisse, nulla eisdem pœna condigna irrogata ex eo fortasse, quod Officiales ipsi quiati, et quo pacto prædictorum deputatorum præsidio uterentur, et e contra ipsi deputati quid potissimum in assistendo Officialibus servare deberent, ignorarent. Ad omnem Ambiguitatem in futurum tollendam, et pro majori omnium præfatorum firmitate hanc eisdem Officialibus ac Numero Deputatorum formam præscribendam putavimus, prout tenore præsentium præscribimus. Volumus enim, et Auctoritate nostra decernimus, ut toties quoties in posterum contingat, quod absit, in prædicta Civitate Fulginei Homicidium, aut quamque rixam Sanguinolentam

committi

committi, alle tumultu cum Armis suscitari, aut Curia impediri, aut capitaliter Condemnatos, aut alia de Causa excubias in ipsa Civitate publicè, seu privatis convertari, ac manere, teneantur illicò omnes prædicti Deputati, qui præsentes fuerint, et notitiam de prædictis habuerint etiam sine requisitione, aut Campanæ sonitu in Palatio solum r. Tenentis se congregari, et eidem Consilium, Auxilium, ac favorem actualem, et cum Armis quoque, si opus fuerit, præstari, remotis ab eisdem quibusquè precibus, amore, odio, timore, cæterisque officialibus Deum dumtaxat et Justitiam et Ssmi Dni Nri Majestatem, et Legati Aplici reverentiam et Civitatis prædictæ Quietem præ oculis habentes pœna Perjurii, et Quinquaginta Ducatorum Auri Cameræ Aplicæ applicandorum cuilibet ipsorum contrafacienti qualibet vice, ipso facto imminente, à qua pœna et in foro Conscientiæ absolvi non possint, nisi eandem integraliter persolverint, atque è contra nulla per eosdem in utroque foro pro rigorosa executione pœna incurrenda; Quod si Locum Tenentem nostrum aut aliquem ex cæteris officialibus in præmissis negligentem perspexerint, Nobis, seu Pro Legato nro per litteras seu speciales

207v

speciale nuncium significare quam primum sub dicta pœna teneantur. Insuper ne ex virili eorum Officio aliquid eis adversi propter improborum audaciam ullo unquam tempore eveniat, utque animosiores, atque securiores ad tuenda Justitia reddantur, statuimus, et decernimus, ut si quis aliquem prædictorum Deputatorum durante Officio ex quaque caussa, aut finito Officio ex caussa Officii personaliter offenderit, etiam morte, ac membrorum mutilatione non secuta pœnam rebellionis, et confiscationis bonorum ipso facto incurrat, et perpetuo ab ipsa Civitate excludatur, omni restitutionis spe perdita; si minis, aut verbis contumeliosis affecerit, ut supra ultra Juris, et Statutorum, et Constitutionum pœnas in centum florenis auri Cameræ prædictæ applicandorum mulctetur, contrariis non obstantibus quibuscunque. Studeant igitur totis viribus in præmissis se exhibere, ut paci, quieti, ac tranquillitati consulentes S. V. N. gratiam, et nostram promereri, majoraque ornamenta, et uberiora beneficia reportare possint. Datum Fulginei Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo

quingentesimo decimo quinto 1515. Tertia Nonas Martii Pontificatus S.mi D. N. Leonis divina Providentia Papæ Decimi X. Anno Tertio // A. Cardinalis Sanctæ Praxedis Legatus M.anu p.ropria // Gentilis Gualden. de Monte // Loco ✠ Sigilli in Cordula penden. — — — — — —

// // // //

— — — Alexander Papa VI. — — —

